3

COLLECTIO IVRIVM ECCLESIAE GARGANICAE, CONTRA SYPONTINAM.

In qua comprehenduntur non solùm omnia (ne verbo quidem prætermisso) quæ Garganici deduxerunt coram Eminentiss. Domino Card. Franciotto, Causę Commissario, Anno 1654. in Summario nimis diminuto; sed reliquæ etiam clausulę, ex eorundem Iurium contextu desumptæ, quę ad Veritatem rectiùs inquirendam spectare possunt.


Accedunt Scholia, minutis typis distincta: quæ sunt pro Sypontinis animaduersiones.

Opera D. Gabrielis Tontoli Sypontini, ac eiusdem Sypontinæ Ecclesiæ, & Vrbis, Presbyteri, & Generalis Deputati.



ROMAE, Apud Nicolaum Angelum Tinassium. 1655.

SVPERIORVM PERMISSV.



PRAEMONITIO.


OTVM hoc Summarium nihil probare dignoſces, ſi hanc facias diuiſionem. Scripturæ aliæ ſunt ante annum 1401. quæ vel Garganicis contrariæ, vel adulterinæ, & ſurreptitiæ cenſendæ ſunt: ex Bulla enim Bonifacij IX. (quæ eſt maximum eorum fundamentum, *et habetur hìc Numer III.*) manifeſtiſſimè apparet Garganicos vſq;ad ipſum Annum 1401. Diœceſanos, & ſubiectos fuiſſe Metropolitanæ Sypontinæ. Id quod etiam comprobatur ex litteris Innocentij III.& Martini V. *in Memor. Sypontin. pag.* 1. *&* 5.

Cœterę Scripturæ ſunt datæ poſt Annum 1607. Et hæ nullius ſunt valoris; vti attentata, & peractæ poſt litis pendentiam, contradicente Parte, & abſque bona fide, &c. Ex parte enim Garganicorum eo Anno 1607. lis fuit introducta penès Auditorem Cameræ, *vt hìc Numer.*XII.

Remanet ſingulariter Bulla prædicta Bonifacij IX. data tempore Schiſmatis. De qua nullam oſtendunt proximam obſeruantiam (quę neceſſarijſſima eſt, ex vulgatis Iuribus) immò contrarium pleniſſimè probatur in Memor. Sypontinis. Et inſuper reuocata fuit ab ipſomet Bonifacio IX. Ioanne XXIII. & Martino V. vt hìc oſtendimus *Numer.III. in Scholio.* Propterea nullam habuit exequutionem.

NVMERVS I.

Adriani IV. Bulla.. Data Anno 1158. ad postulationem Monacorum S. Trinitatis de Monte Sacro.

ADRIANVS *Episcopus, Ser. ser. Dei. Dilec. ff. Abbati Monasterij S. Trinitatis de Monte Sacro, &c. Ecclesiam S. Matthiæ Apostoli, infra Mænia* Ciuitatis *Montis S. Angeli, &c. Ecclesiam S. Iacobi extrà* Portas Baroli, *cum pertinentijs suis, & omnibus tàm infrà eandem* Ciuitatem, *quàm in eius* Episcopatu, *vestro Monasterio pertinentibus, &c. Datum Ann.* 1158. *Pontificatus Ann. V.*

SCHOLION AD PRÆCEDENTEM.

EX enunciatiua *Ciuitatis*, quæ in hoc casu nihil probat, inferunt Garganici Cathedralitatem. Oh grande argumentum! Ergo pari, immò maiori ratione Barolum esset Cathedrale; cum & Ciuitas & Episcopatus (vt aspicis) enuncietur. Vide infra *Numer. 3. in Scholio* § 2. vbi indubitanter apparet, Garganicos vsque ad annum 1401. Cathedralitatem prætendere non posse.

Porrò hæc Bulla non est in forma: Exscripta est enim à Notario Clerico Garganico, *Gregorio Auantagia* nuncupato, ex pergameno transumpto, quod conseruari asserit intùs Sacristiam S. Michaelis; Parte non citata; ex loco priuato; de incorruptione, & non abrasione scripturæ testificatione non facta; recognitione non sequuta, &c, & ideo non probat. Idem dic de omnibus ferè scripturis, quæ sunt in hoc summario. Certè hæc dictio *Ciuitatis* suspectione non caret: & vereor, ne eo modo aduenerit, quo Innocentius III. testatur *in Memoriis Sypontin. pag. 2. liter.* C. (idest in Libello à me Typis mandato, anno 1654. quem, loco Summarij, sæpè citabo) & Archiepiscopus Sypontinus *ibidem, in Rescript. Martini V. pag. 6. liter. N.*

Ampliùs dico ex abundanti: *Ciuitatis* nomen, ex multorum sententia, posse etiam tribui locis non habentibus Episcopum. Ita tenet Bartolus *in Extrauag. Qui sint rebelles, in verb. lombardia, num. 5. vers Ciuitas verò*. Idem *ibid. num. 6. vers. sed quid dicas. Et num. 7. vers. Prouincia verò*. Alciat. *in c. Perniciosam de Offic. Ind. Ord.* Raynald. Cors. *in Indagat. Iuris lib. 3. cap. 3 num. 3* qui citat Anacletum PP. *in text. 80. distinct. cap. Episcopi.* Et Leonem PP *in c. 1. de Priuil. & excess. priuileg.* Innocentium *in c. cum ab Ecclesiarum, de Offic. Ord.* Bartolum *in l. 1. C. de Metrop.* Beryto *lib. 11.* Baldum *l. ex hoc, colum. 4.* Bologuet. *in L. Ciuitas n. 9. si cert. peta..* expressè Præpositum *in c. Episcopi, & in c. Superiore 80. dist.* Et Dominum Eliam *in c. si Ciuitas de sent. excomm. in 6.* Cum itaque Papa rescribere solitus sit, iuxtà supplicationum tenorem, Oratores *Ciuitatis* nomen vsurpantes, ex prææallegatorum sententia loqui potuissent. Sed dic verius, quòd laté, & minùs propriè, prout moris est, *Ciuitatis* dixerint: ni præuadente gladiolo Garganica manus inscripserit. Nam aliàs, ex enunciatiuis incidenter, & propter aliud, hoc casu, contra tertium prolatis nulla inducitur probatio.

In re minima videbor nimium diffusus: sed sequentibus eiusmodi enunciatiuis, & probationibus (quas maximi faciunt Garganici) semel respondisse sufficiat.

NV-

NVMERVS II.

Epistola Alexandri III. quam in atrio Ecclesiæ S. Michaelis in lapide scriptam Garganici habere dicunt.

ALEXANDER *Episcopus Ser. ser. Dei. Dilectis ff. Ecclesiæ Sypontinæ . . . . . . salutem, & Ap. ben. Quoniàm Ecclesia vestra, & Ecclesia Montis Gargàni* vna Sedes esse consueuit; *& eiusdem . . . . . . Curiam Carissimi in Christo filij Nostri Illustris Siciliæ Regis pro nuncianda Pastoris sui morte adire disponunt; Vniuersitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenùs vnà cum eis ad iam dictam Curiam accedatis: & commune negotium communiter peragere studeatis. Indignum enim esset, & honestati vestræ plurimùm derogaret, si vestra præscripta Ecclesia proprium Episcopum* peteret; *aut alicuius inter vos scandali, vel dissentionis scintilla comparere deberet, inter quos fraternæ charitatis vnionem decet vigere. Datum Beneuenti, 7. Kal. Maij.*

SCHOLION AD PRÆCEDENTEM.

NOn est in forma; nam parte non citata exemplata est ab eodem Notario Garganico G. de Auantaggia; nec fuit recognita; & anni etiam appositione in fine caret. Cumque diuersimodè exscriptam in alijs Garganicorum summarijs, secundum quasdam dictiones, viderim, arguo quòd non benè legatur. Addo, scripturas lapidibus traditas, tunc solum, & non aliàs probare, nisi cum scriptæ fuerint in loco non suspecto, de partium voluntate. Bart. *in l. 1. in princ. ff. de bono.poss. secun.tabul.* Felin. *in cap. cum causam, colum. 2. de Probat.* Textus *in l. Monumentum*, C. *de Religio.*

Nescio tamen quid ex hoc Epitaphio intendant Garganici: siquidem manifestum est, nullum Pontificem in hac Causa tàm accuratè, & diffinitiuè contra eos decreuisse, quàm Alexandrum III. cuius deinde confirmarunt sententiam Lucius III: Cœlestinus III. & Innocentius III. vt in huius Bulla motu proprio, *Memor. Sypontin. pag. 8. per totum, & præsertim liter. F.* Et Martini V. *pag. 5. per tot. & præsertim liter. Q.* Vide etiam Textum Epist. Honorij III. *cap. Te referente, de celebrat. Missar.* Et Glos. & DD, ibidem. Quæ extensè habes *in Memor. Sypontin. pag 58. liter. B*, C. Et tandem obserua sequentem Bonifacij IX. eorundem Bullam: vbi indubitanter constat, vt dixi, Garganicos vsque ad annum 1401. nullatenus posse Cathedralitatem prætendere.

Et nihilominus hæc Epistola (si vera esset) nihil releuaret: quid aliud est enim, nisi Rescriptum ad surreptitiam Garganicorum instantiam; qui in nuncianda morte, vel postulatione Episcopi admitti curabant. In quo casu neque Cathedralitas induceretur; cum ex DD. attenta consuetudine aliqua, etiam seculares viri, multò magis Canonici Collegiatæ, in Præsulis postulatione conuenire possint.

Sed obserua verba Epistolæ. Cum enim Garganici acriter prætendant, Sypontinam, & Garganicam Ecclesias, duas esse Sedes (iuxta aliam inscriptionem lapideam, quam intùs eandem habent Ecclesiam S. Michaelis, videlicet.

Sedes

Sedes hæc *numero differt* à Sede Syponti.
Ius, & Honor Sedis, quæ sunt ibi, sunt quoque Monti.

quæ carmina Archiepiscopis primò ingredientibus anteponunt (vt infra, *num. 9. liter.* B.) certè hoc Alexandri Epitaphium alteri non respondet. Dicit enim Alexander *Vna Sedes*, quod contradictoriè opponitur *numero differt*. Et dum Ecclesiæ vestibulum *vnitatem* dicit, quare *numericam differentiam* adytum fatetur? Nunquid lapides ipsos diffidere docent Garganici?

Alias omitto ponderationes, breuitatis ergo. Præsumptionem tamen non deferam, quam velim colligas ex hoc Epitaphio. Siquidem, cum Garganici de legitimo Cathedralitatis titulo se tantopere iactent, cur non vnam, aut alteram Pontificum Bullam, expresè disponentem, perpetuæ memoriæ in marmore tradiderunt, quin tam mancam potiùs responsiuam Epistolam tam solemniter extulerint?

NVMERVS III.

Bulla Bonifacii IX. quæ est Garganicorum Achilles. Data Ann. 1401. *tempore Schismatis XXVI.*

BONIFACIVS *Episcopus, Seru. seru. Dei. Ad perp. rei memoriam, &c. Cum itaque* Ciuitas Sypontina, quæ Cathedralis, & Metropolitana *in Apuliæ finibus sita, malitia temporum faciente, multarum calamitatum concussa turbinibus, adeò diruta, & neglecta, ac desolata iaceat, quòd à multis annorum circulis nullus in ea moram traxit; nec speratur, quòd in futurum aliqui sint mansuri*: Et in Dioecesi Sypontina Mons Garganus, *à dicta Ciuitate non longe distans situs est: in cuius Montis vertice, in honorem B. Michaelis, toto Orbe Terrarum veneranda habetur Ecclesia: ac ibidem* Terra, *Montis S. Angeli nuncupata*, dictæ Dioecesis, *benedicente Domino, &c.* Archiepiscopus *quoque* Sypontinus, *pro tempore existens*, in eiusmodi Terra, *& eius districtu, ac personis degentibus, & rebus existentibus in eisdem*, Ordinariam iurisdictionem exerceat, *&c.*

Si ergò Terra in Ciuitatem, & Ecclesia prædicta in Cathedralem, & Metropolitanam Ecclesiam erigantur, *meritò censeri poterit laude dignum. Nos igitur attendentes, quòd fel. rec. Benedictus PP. IX. prædecessor noster* Sypontinam Ecclesiam, *quæ dumtaxat Cathedralis erat, post miraculosam inuentionem eiusdem Michaelis Archangeli, ipsiusque reuerentiam*, in Metropolitanam erexerat, *& multis honoribus decorauerat: ac cupientes præterea eandem Ecclesiam prædicti Gloriosiss. Principis Michaelis Archangeli*

geli ampliùs honorare; ac prẹmissa attentà meditatione pensantes; & onus Erectionis *huiusmodi ad effectum ducere cum maturitate volentes; ex quibusdam aliys rationabilibus suadentibus causis, ad id animum Nostrum mouentibus; & ex Nostra scientia, & de Fratrum nostrorum consilio, & de Apostolicæ Potestatis plenitudine, &c.* Terram prædictam in Ciuitatem erigimus: *& Ciuitatis titulo, & insigniys decoramus: ipsamque in memoriam indelebilem eorum, quæ cura Nostra in hac parte geruntur, Ciuitatem Garganicam perpetuis futuris temporibus volumus nuncupari. Et insuper, eandem Ecclesiam (cui Venerab. Fratrem Nostrum Nicolaum Archiepiscopum Sypontinum*, prout Sypontinæ Ecclesiæ præesse dignoscitur, *præsidere volumus, & iubemus) in Cathedralem, & Metropolitanam Ecclesiam similiter* erigimus, *de consilio, & potestate prędicta. Ipsasq; ambas* Ecclesias *Sypontinam & Garganicam simul vnimus, annectimus, & incorporamus. Perpetuò per præsentes decernentes, vt prædictus Nicolaus Archiepiscopus*, ex nunc Archiepiscopus Sypontinus, & Garganicus nuncupetur: *Et subsequenter sui in posterùm Successores, &c. eiusdem* nouæ *Ecclesiæ, &c. ipsius* nouæ *Ecclesiæ, &c.*

Cæterùm de consilio, & Potestate prædicta statuimus, & ordinamus, quòd personæ tàm Ecclesiasticæ, quàm Seculares, sexus vtriusque, in eadem Ciuitate degentes, præsentes, & posteri, prædicto Archiepiscopo, eiusque Posteris subiecti remaneant, & pareant: IN OMNIBVS SICVT ANTE. *In eadem Ecclesia* nouà *verò prædictà, diuina Officia peragentur iuxtà ritum, modum, & consuetudinem ibidem hactenùs vsitatos. Quodque ipsa* noua *Ecclesia omnibus Priuilegiys*, iuribus, & iurisdictionibus *potiatur, & gaudeat, quibus eadem Sypontina Ecclesia gaudet, & gaudere etiam consueuit: huiusmodi, necnon aliys Priuilegiys, indultis, & concessionibus Apostolicis, eidem Sypontinæ Ecclesiæ concessis, quæ possent præsentibus obuiare, non obstantibus quibuscunque, &c.*

Datum Romæ, apud S.Petrum, Nonas Decembris, Pontificatus nostri Anno Duodecimo.

SCHO-

SCHOLION AD PRÆCEDENTEM.

HÆc Bulla, vt dixi, est Garganicorum Achilles: & de ea fusiùs alibi disputabimus. Ex eadē primùm indubitanter conclude (præcipuè ex textu quadratis literis designato) Garganicam Terram, & Ecclesiam subiectas, & Diœcesanas extitisse Metropolitanæ Ecclesiæ Sypontinæ, vsque ad annum 1401. quo data est Bulla. Id quod comprobatur ex Innocentij III. & Martini V. literis, *in Memor. Sypontin. pag. 1. & 5.* Et quicquid de præteritorum temporum Cathedralitate dicunt, sume in malæ fidei, inuentionis, & deprauationis argumentum.

Data est tempore Schismatis XXVI. cum malè haberetur Curia, &c. *Verba lege S. Antonini de Bonifacio IX, tit. 22. §. 20. cap. 3. histor.* Vide etiam Spondan. Platin. & alios Authores de eodem. Immò vide, quæ refert de se, & de huiusmodi Bullis, idem Bonifacius, *in Memor. Sypontin. pag 69. liter. H.* Item data fuit clandestinè; Sypontinorum Decretis, & Iuribus non cognitis, nec assertis; contra Ius tertij; & ex falso præsupposito, seu causa finali. Sypontina enim Ciuitas extincta (vt supponitur in Bulla) nunquam fuit: sed Manfredi Regis opere magnificè instaurata florebat: vt probauimus *in Memor. Sypont. à pag. 55. vsque ad 64.* Vbi quæ diximus comproba per *Text. express. in l. Ædificia, ff. de verb. signif. & l. qui in cont. ff. eod. tit. Vide Alexand. conf. 43. tom. 1. num. 2. qui adamussim loquitur in simili, & plenè citat. Vide etiam Bald conf. 309. nu. 2. vers. & aduertendum lib. 3. Bello, cons. 1. num 8.*

Neque dicas, finalem causam fuisse etiā Apparitionem S. Michaelis Archang. quia hæc impulsiua causa est, & remota: proximior autem causa magis attenditur. *l. legat. in fi. de lega. tertio, l. sed et si plures §. in arrogato de vulga.* Addo dispositionem quamcunque irritam esse ex falsitate causæ narratæ, etiamsi ex alia causa possit sustineri. *Aym. cons. 26. in fin. Menoc. cons. 279. num. 11. vsque ad 25. lib. 3. Ancaran. consil. 291. super pluribus col. 3. num. 4. Apud Gratian. discept. tom. 5. cap. 891. in princip.* Et Princeps præsumitur circumuentus ex obliuione, inscientia, vel ex facto impetrantis: etiamsi disponat motu proprio, *Per Text. singular. in l. prædia, C. de loca, præd. ciu. lib. 11. Et latè deducit Deci. cons. 286. n. 4. 7. 8. Alexand. cons. 122. n. 26. lib. 4. vbi iura vsque ad nauseam. Ex Mynsinger. singular. Obseruat. Cam. Imp. Obseruat. 61.*

Vtcunque sit, Reuocata est hæc Bulla, Primò, ab ipso Bonifacio IX. duobus post annis, *vt in Memor. Sypont. in pag. 69. vbi liter H.* fatetur, *per surreptionis malitiam, vel fraudem, vel quemuis modum illicitum* huiusmodi literas concessisse. *Et pag. 71. liter. K.* reuocando huiusmodi Exemptiones, hæc statuit Anno 1403.

„ Item reuocamus, & annullamus omnes EXEMPTIONES perpetuas per Nos factas quibuscunque Monasterijs, vel *Ecclesijs*, aut *Capitulis*, vel Prælatis, aut Conuentibus quorumcunque Ordinum, siue Religionum, & *Secularium Ecclesiarum* ÇATHEDRALIVM, vel COLLEGIATARVM, *Vniuersitatibus quorumlibet Castrorum*, *Terrarum*, & Villarum: Et litteras nostras super illis confectas decernimus esse *irritas, & inanes, nulliusque roboris, vel momenti.*

Cum igitur nostra quæstio sit de Exemptione, quam vigore Bullæ Bonifacij prætendunt Garganici tempore Sedis vacantis à Metropoli Sypontina, omnis hic Exemptio à quacunque causa proueniens reuocatur: vt probatur paulò infra §. *Nec obiicias*

Secundo. Reuocata fuit hæc Bonifacij Bulla à Ioanne XXIII. Papa Successore quem Canonicum fuisse Pontificem constat ex eisdem Actis Concil. Constantiens. Et dixit Rota in vna Extrauag. Brixiens. Iurisdiction. *coram Carillo 11. Aprilis 1639.* Reuocatio hæc diffusè habetur *in Memor. Sypont. p. 7. lit. R. S.* in petita ipsi obseruantia ab Archiepiscopo Sypontino, apud Martinum V. Quæ enunciatiua tamquam per se, & principaliter emissa; ratione personæ, idest Archiepiscopi asserentis; in antiquissimis, scilicet 236. iam ab hinc annis; calore iudicij, in quo emissa est; Apostolici Registri, ex quo est deprompta; conformitatis, quam in cæteris habet vndequaque cum assertione Innocentij

III.

III. *in Memor.Sypont. pag.1. & seq.* & ob subsecutam obseruantiam, aliasque circumstantias, plenè probat ex vulgatis Iuribus. Et quòd Archiepiscopus fuerit principaliter enuncians, patet ibi. [*Pro parte Deu.Orat. vestri Laurentii Archiep.Sypont.*] *pag 5. liter.L.* Et ibi [*Supplicat igitur pro parte dictorum exponentium*] *pag.7. liter S. in fin.* *Sed repertas iam literas Ioannis Pp. habes in Memor. Sypont. pag.73.*

Tertiò. Reuocata fuit per particulare rescriptum Martini V. restituentis primatia Iura, & Priuilegia Sypontinæ Ecclesiæ, contra Garganicos, in hac speciali causa: *ut in Memor.Sypont. pag.7. T.* vbi aduertè quòd conditio, *nisi &c.* est resolutiua, non suspensiua: vt in terminis *Oldrad.consil.285. n.7. 8.* & docet Praxis in similibus: præter quam, cum elapsum sit semestre, iam cesset. Et fauent Bullę innumerę cœterorum Pontificum sequentium: *vt in Memor. Sypont. vndique*: ex quibus constat huius Decreti obseruantia.

Quartò. Reuocata fuit per Generalem Reuocationem Exemptionum factam ab eodem Martino V. *in Concil.Constantiens. Sess.43. de Exemption.Concilior. tom.3. part.2.* De qua vide omninò in puncto Rotam *apud Ludouis. Decis.509.* *Et apud Buratt. ut inf. pag. 52. § Cum igitur.*

Textus autem Concilij est sequens.

„ ATtendentes, quòd à tempore obitus fel. rec. Gregorij PP XI. præd. Nostri, nonnulli Romani Pontifices, aut pro Romanis Pontificibus se gerentes, & in suis diuersis obedientijs reputati, pro sua voluntate, aut per importunitatem petentium nonnullas *Ecclesias*, Monasteria, *Capitula*, Conuentus, Prioratus, Beneficia, *Loca, & Personas* à Iurisdictionibus Ordinariorum, tempore d. Gregorij nullatenus exemptos, vel exempta, de nouo à dictorum Ordinariorum Iurisdictionibus exemerunt, in graue ipsorum Ordinariorum præiudicium. Nos volentes huiusmodi præiudicio obuiare, OMNES EXEMPTIONES *Ecclesiarum Cathedralium*, Monasteriorum, *Capitulorum*, Conuentuum, Prioratuum, Beneficiorum, *Locorum, Personarum quarumcunque*; etiamsi ex prædictis aliquod Monasterium fuerit exemptum, & postea subiectum Monasterio diuersi habitus, vel coloris; à tempore obitus d. Gregorij XI. per quoscunque pro Romanis Pontificibus se gerentes; etiamsi per Nos forsan approbatę fuerint ex certa scientia, vel innouata, *Parte non vocata de nouo factas*, quæ tamen ante Exemptionem huiusmodi nulla Exemptione gaudebant, sed *simpliciter subiiciebantur Ordinaria Iurisdictioni*, nullumq; ante illud tempus habuerunt initium, &c. Sacro approbante Concilio REVOCAMVS: etiamsi super ipsis lis pendeat indecisa, *ipsam penitus extinguentes*: *Ecclesias*, Monasteria, & alia *Loca* prædicta *in pristinam Ordinariorum Iurisdictionum reducimus*. Cœteris autem Exemptionibus ante obitum d.Gregorij habitis, vel concessis, nullum volumus per hoc præiudicium generari. Insuper non intendimus Exemptiones de cœtero facere, *nisi causa cognita, & vocatis quorum interest.*

Hæc Constitutio fuit facta ad mentem Concilij, vt patet ibi *sacro approbante Concilio*, & in præcedenti *Sess.40.* ibi: *Sacrosancta Synodus Constantiensis statuit, quòd futurus Pontifex ante dissolutionem Concilii, vnà cum ipso Concilio reformet Ecclesiã super materiis articulorum quorundam.* Quos ponit: & Articulus 9. est *De Exemptionibus, & Incorporationibus tempore Schismatis factis.* Porrò Gregorius XI. post cuius mortem decurrit hæc Constitutio, obijt Anno 1378. Die 28. Martij. Quo eodem Anno statim incæpit Schisma XXVI. sub Clemente VII. Antipapa. Bonifacius verò IX. fuit assumptus Pontifex Anno 1389. Schismate acriter vigente. Et valdè notandum, quòd in mox citata *Decis.509. 20. Iunii 1611. coram Ludouis. in princip.* Rota ob hanc solam Concilij Constitutionem decreuit in simili contra Abbatem S.Matthæi: qui præter Exemptionis Titulum currente eo Schismate obtentum, obseruantiam, & præscriptionem anteferebat.

Nec obijcias, quòd loquatur hic Martinus de Exemptionibus, & non de Erectionibus in Cathedralem: leuissima enim, & inanis esset obiectio: Siquidem omnis Erectio in Cathedralem Exemptionem necessariò importat, per *Text. express. in c. cum inferior, de Maior. & Obed. vbi Hostien. & DD. Rota Decis.313. part.2. tom. 1. recent. Farinac. n.4*

B Gra-

Gratian. Discept.458. n.10. & infrà, & alii. Et quando quid prohibetur, prohibetur omne id, per quod peruenitur ad illud, ex vulgatis regulis. Et expressio causati causæ cuiuscunque expressionem includit. *l.1. in princ. de edend. Bald. in l. si de proprietate, col.1. C. si à non compe. Iud.* iuxtà commune Dictum: Causæ, & Causati idem est Iudicium. *l. quominus, de flumi. l. etsi amicis, ad l. Iul. de Adulte: & l. nihil interest, ad l. Cornel. de Sica.* Et cum tota nostra quæstio sit de Exemptione, quam prætendunt Garganici, præcipuè Sede vacante, à Metropolitana Sypontina, ridiculum esset dicere, sub Exemptionum Reuocationibus eos non comprehendi. Eò magis, quia non modo Cathedrales, sed Metropolitanos esse præsumunt.

Neque opponas, Reuocationem hanc Martini V. esse in fauorem Ordinariorum; & Garganicos, ratione subsecutæ Vnionis, ab Archiepiscopi persona Exemptionem non prætendere: Quia Capitulum Sypontinum, vacante Sede, omni iure Ordinarium dicitur: vt latè probat, & citat *Sorox. de Offic. Vicar. lib.1. quæst.15.* Et Reuocatio Martini est generalissima, quascunque Exemptiones complectens. Vnio insuper subsecuta est accessoria ad Erectionem in Cathedralem; quæ necessariò includit Exemptionem. Quarè procedit Regula: quòd destructo principali corruat Accessorium: eò magis quia, Vnione non obstante, Garganici Exemptionem acerrimè prætendunt à Capitulo Sypontino, Ordinario vacante Sede, vt diximus.

Immò hunc casum expressè ponit Martinus, ibi: *Etiamsi ex prædictis aliquod Monasterium fuerit Exemptum, & postea subiectum, &c.* quod exemplicatiuè ponitur: & ex eadem legis ratione extenditur ad casum nostrum; vt consideranti patebit. In simili enim dicunt Garganici, Terram, & Ecclesiam S.Angeli exemptam prius fuisse ab Ordinario Vicario Sypontino, & postea subiectam Garganico Vicario Sede vacante, diuerso à Sypontino. Constat autem, quòd lex correctoria, in vno casu corrigens, se extendat ad alios, qui sub lata etiam significatione comprehenduntur; & maximè vbi militat eadem ratio legis. *Glos. Ordin. in Clem.1. in verb. Eligatur, de elect. Alexand. in l.2. de leg.1. c. Cum dilecta, §. nos igitur, vbi Abb. in 1. not. de Cleri. non residen.* Et eò fortiùs hæc procedunt, quia motiuum, & causa finalis huius Reuocationis Martini V. maximè locum habent aduersus Bullam Bonifacij IX. qui ore proprio fatetur surreptiones, & dolos, quæ passus est in huiusmodi concessionibus; *vt in Memor. Sypont. pag 69. liter. H.* Quæ surreptiones, &c. maximè infra Schisma adhibitæ, causam finalem dederunt Martino Reuocanti.

Quintò, & vltimò reuocatur hæc Bonifacij Bulla per non vsum, immò contrariam consuetudinem, & præscriptionem. Contraria consuetudo patet ex quibuscunq; Apostolicis Literis sequentium Pontificum: *vt in Memor. Sypont. à pag.1. vsque in fin.* vbi, inter alias, viginti producimus ad supplicationem ipsius Capituli Garganici se fatentis *ex Sypontina Diœcesi, & ex Terra, vel Collegiata S.Angeli.* Idem patet in quatuor alijs ad Garganicorum ciuium supplicationem: *à pag.9. vsque ad 25.* Quare cum propria confessione constet de non iure agendi, repellendi sunt Garganici. *Rota coram Seraphin. decis. 1213. num.5.* Habes etiam *in Memor. Sypont. pag.64. liter. A.* seriem omnium Archiepiscoporum, ab anno 1407. post datam Bullam Bonifacij immediatè electorum, extractam ex Actis Concistorialibus: vbi *Sypontinos* tantummodò Archiepiscopos, & non simul *Garganicos* (vt Bonifacius surreptitia innouatione concesserat in dicta Bulla) denominari videbis. Et summoperè animaduertendum, quòd neque vnam habent, nec inuenient, Garganici Romanæ Curiæ Bullam, vel quodcunque Diploma; in quibus, iuxtà Bonifacij innouantem Bullam, geminus titulus *Sypontinus, & Garganicus* admittatur. Quæ vnica probatio sufficeret: & est præsumptio Iuris, & de Iure; vt expressè, & practicè ait Innocentius III. *in Memor. Sypont. pag. 1. per totam Bullam*: & præcipuè liter. B. C. D. E. Quòd comprobatur in Rescripto Martini V. *pag.5. à liter. L. vsq; ad Q.* Et quòd in Cathedralibus æquè principaliter vnitis hæc sit necessaria obseruantia tradunt *Gonzal. super Reg. de Mensib. & alternat. Glos.5. §.7. n.29. fol. 166. Rebuff. in Prax. Benefic. de Vnion. n.14. Rota, coram Caualer. decis.330. n.4. Lapus, Alleg. 7. Felin. in cap. Cum à nobis, col.21. vers. sed aduerte de text. Soc. cons.87. n.19. vol.3. Bonif. Clem. 1. n.39. & seq. de*

+ fallit num^s. hic

eq. de prob. Fel. in cap. Si *quando , col.1. vers. & limita, de sent. excomm.*

f Accedunt Relationes Conciſtoriales antiquæ *in Memor. Sypont. à pag.26. & infrà*: Teſtimonia Archiepiſcoporum pro tempore, *à pag.31. per totum Numer.VII.* Decem, & ſeptem Conteſtes Diœceſani examinati ab Illuſtriſſimo Auditore Cameræ, *à pag.38. per totum Numer.VIII.* & varij, & grauiſſimi antiqui hiſtorici, *Numer.IX.* Et aliæ euidentiſſimæ probationes in eiſdem Memor. Sypont. Ex quibus omnibus, & ſingulis indubitanter apparet, Terram, & Eccleſiam S.Angeli eſſe Sypontinæ Diœceſis, & Metropoli Sypontinæ ſubiectas.

Neque obſtant probationes, & Scripturæ in hoc Summario ex aduerſo productæ: quia, præterquam nullius ſint ponderis, vel ſunt datæ ante Bullam Bonifacij, & adulterinæ cenſendæ ſunt: cantat enim Bonifacius, vſq; ad ſua tempora, annum ſcilicet 1401. Garganicam Terram ſubiectam fuiſſe Sypontinæ Metropoli, vt vides: vel ſunt recentes, & mala fide, contradicente Parte, & attentata poſt motam litem a Garganicis, quæ fuit introducta ex parte eorum anno 1607. vt vides in hoc Summar. *Num.XII.* Et quicquid ſit, iure receptum eſt, obſeruantiam literarum debere eſſe proximam, & cohærentem priuilegio; nec peti poſſe à remotis. *Rota coram Ludouiſ. deciſ. 325. n.1. vbi plenè citatur. Et Bald. in proœmio ff. ſub. num.7. Rota in vna Valentina emolumentorum, 24. Octob. 1583 coram Seraphin. Et in vna Tiraronen. Iuris paſcendi coram Bubalo 14. Octob. 1588. Et in vna Alexandrina Decanatus, 12. Iunii 1598. coram Orano; vbi plena annotatio. Et Rota deciſ.37. num.34. & 35. part.2. Diuerſor. & deciſ.170. nu.4. part.2. Recentior. Fuit dictum in Cemenſ. Decimarum 1. Februar. 1608. coram Sacrato. Et in Placentina Canonicatus 3. Iunii 1613. coram Pirouano.* Remota autem dicitur obſeruantia, ſi adſummum excedat 40. annos à dato priuilegio. *Rota in Tiraſonen. Sacriſtia 9. Iunii 1600. coram Iuſto.* Immò ſufficeret contraria obſeruantia 30. annorum. *Rota deciſ.857. num.10. & 14. coram Buratt.*

Cum igitur nullam producant Garganici proximam obſeruantiæ probationem, immò contrarium nos innumeris oſtendamus probationibus, quid de hac ſurreptitia, & reuocata Bonifacij Bulla amplius diſputandum? Vnum non prætermittam; ſcilicet, ſi hæc Bulla, Reuocatione non ſubſecuta, executionem habuiſſet, nullus profectò in Garganica Terra paries exiſteret, lapis nullus, in quo ſolemni Epitaphio deſcripta non fuiſſet: ſicuti leuiſſimam (ni dicam fictam) Alexandri III. Epiſtolam, inciſo lapide; in Atrio Eccleſiæ S.Michaelis tàm magnificè extulerunt.

NVMERVS IV.

Bulla Iulii III. quæ non eſt in forma. Data Anno 1555.

a IVLIVS *Epiſcopus, Seru. ſer. Dei, &c. Sanè* pro parte dilectorum filiorum Capituli, & Canonicorum Eccleſiæ Glorioſiſſ. Principis Michaelis Archangeli de Monte Gargano, propè, & extrà muros Sypontinos, *Nobis* exhibita petitio continebat: *Quòd cum* dicta *Eccleſia, quæ in antro ad cacumen dicti* b *Montis miraculosè inuenta, &* in qua Sedes Archiepiſcopapalis Sypontina quadringentis ferè annis collocata; *ac ad quam, &c. Et Capitulum, & Canonici prædicti, nedum* Eccleſia ipſa, quæ Sponſa noſtra prima fuit, &c. *ne vna dierum in* c *totum corruat reſtaurare* (ac quandam Domum, quam olim

Archiepiscopi Sypontini, præcipuè æstus tempore, inhabitare solebant, solo fere æquatam, reficere) *Sed cum ex dictis fructibus vix octo scuta*, *&c.* *quo fieret*, *vt Ecclesia* prædicta *penitùs obrueretur*; *ac ciues*, *& alij incolæ* Ciuitatis Garganicæ, *&c.*
d Et sicut eadem petitio subiungebat, *si Nos vniuersos Christi fideles*, *per alicuius Confraternitatis specialis nexus*, *quibusdam spiritualibus*, *& allectiuis muneribus alliceremus*, *profectò indemnitati Ecclesiæ*, *& Capituli*, *& Canonicorum* prædictorum *commoditati*, *cum Christi fidelium eorundem animarum salute*, *salubrirer consuleretur*. *Quare pro parte Capituli*, *& Canonicorum* prædictorum *Nobis fuit* humiliter supplicatum, *vt sibi in præmissis opportunè prouidere*, *de benignitate Apostolica dignaremur*.

Nos igitur, *qui circa statum Ecclesiarum quarumlibet*; *& præsertim* ipsius *Ecclesiæ S. Michaelis*, *quam*, *dum in Minoribus*
e *constituti essemus*, curæ Nostræ commissam habuimus, *fæliciter*, *& salubriter dirigendum*, *sollicitè intendimus*, *&c.* eosdem *Capitulum*, *& Canonicos*, *&c.* *in* eadem *Ecclesia vnam Confraternitatem pro Ecclesiæ*, *& Capituli*, *& Canonicorum* prædictorum, *&c.* *perpetuò erigimus*, *& instituimus*, *&c.* *&* præfatis *Capitulo*, *& Canonicis*, *&c.* *necnon Capitulo*, *& Canonicis* prædictis, *&c.* *& vnum ex* eisdem *Capitulo*, *& Canonicis*, *qui Præpositus nuncupetur*: *ac Caput* dictæ *Confraternitatis existat*; *vt eleemosynas*, *& alia charitatiua subsidia* eidem *Ecclesiæ pro tempore rogata*, *in Ecclesia S. Michaelis Archangelis* prædictæ *reparationem*, *&c.* *ac* eisdem *Capitulo*, *& Canonicis benè visos vsus conuertendi*, *&c.* *Ordinarij* loci *licentia desuper minimè requisita*, *&c.* *vnum*, *vel duo*, *aut tria Altaria* prædictæ *Ecclesiæ S. Michaelis visitando*, *&c.* eisdem *Capitulo*, *& Canonicis*, *&c.* *in Ecclesia S. Michaelis* huiusmodi, *&c.* *ac singulis* eiusdem S. *Michaelis Archangeli festiuitatibus*, *&c.* *Etiam vo-*
f *lumus*, *quòd* ipsi *Confessores*, *&c.* *Quodque præsentium Literis transumptis*, *manu alicuius Notarij subscriptis*, *ac Sigillo personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ*, *seu Canonicorum* CATHEDRALIS ECCLESIAE *munitis*, *eadem prorsùs fides*, *etiam in indicio*, *adhibeatur*, *quæ ipsis originalibus Literis adhiberetur*, *si forēt exhibitæ*, *vel ostensæ*. *Nulli ergò omninò hominum liceat*, *&c.*

Datum.

Datum Romæ, apud S. Petrum, Anno Incarnat. Dom. 1555. *Quintò Kalendas Iunij, Pontificatus Nostri Anno V.*

SCHOLION AD PRÆCEDENTEM.

HAnc Bullam Iulij III. maximi faciunt Garganici: & super ea prætensæ Cathedralitatis Titulum fundant: ipsamque idcircò anteponunt Archiepiscopis in primo ingressu: vt constat in hoc Summario, *Num. IX liter. B.* Extracta est è priuato Archiuio, à Notario Clerico Garganico: in cuius transumpto non est clausula illa: *ac quandam Domum, &c.* supra liter. c. quæ tamen clausula extat in originali supplicatione, seu Matrice, quam ego nuper extractam in forma obtinui ex Vaticano Archiuio (*Supplication. lib.31. Iulii III. fol.125.*) & in Actis producam. Item particulam illam *Ciuitatis Garganicæ* supra liter. d. adulterinè positam existimo, iuxta modum *in Memor. Sypontin. pag.6. N. & pag.2. C.* non enim consonat cum contextu eiusdem Bullæ: neque cum alijs Bullis authenticis eiusdem Iulij III. ad supplicationem datas eorundem Garganicorum Canonicorum; quas nos afferimus *in Memor. Sypontin. pag. 9. liter. Y. & liter. X.* & facit etiam alia eiusdem Iulij motu proprio *pag.8. liter. V.*

Diuiditur porrò hæc Bulla in duas partes. Prima est ipsa Garganicorum recitata Supplicatio, per totum §. primum, vsque ad *Nos igitur, &c.* Secunda est Papæ prouisio, quæ incipit à *Nos igitur, &c.* in secundo §. Ex qua secunda parte nihil argumenti desumunt Garganici (vt patet) qui solum particulas aliquas in prima parte sibi fauentes credunt, & perponderant. Quibus respondisse sufficeret, esse proprias enunciationes, & Supplicationem. Vide omninò quæ satis abundè dixi super hac Bulla, *in Mem. Sypont. à pag 55. vsque ad §. Ad Authorem, &c.*

Prima particula est; *in qua Sedes Archiepiscopalis Sypontina quadringentis ferè annis collocata.* Respondeo. Ergo Sedes est Sypontina, & non Garganica. Et quoad ly *quadringentis*, & reliqua, satis, vt dixi, respondi in Memor. Sypontin. loco citato.

Secunda particula est. *Quæ sponsa nostra prima fuit.* Respondeo. Non implicat, quòd hæc verba dixerint Garganici per Synecdochen: cum eorum Ecclesia sit pars Sypontinæ Diœcesis. Vide in Memor. Sypontin. *pag.9. liter.Y.* vbi in alia Iulio III. eidem Supplicatione porrecta, ipsamet verba propriè, & absolutè dicunt de Sypontina Ecclesia, tacentes de eorum Garganica. Vide etiam *ibidem liter. X.* vbi apud eundem Iulium se fatentur *Sypontinæ Diœcesis*. Et tandem obserua aliam Bullam Iulij, *ibid. pag.8. liter.V.*

Tertia, & postrema particula est, *Ciuitatis Garganicæ*, quam, vt dixi, adulterinam censeo: & tamen nullius est momenti; vt aliàs probaui supra in Scholio, *Numer. I. §. Ampliùs dico.* Et hic cessant Garganicorum argumenta.

Sed examina accuratè totum contextum. Et primò obserua clausulam illam insolitam, *liter. a.* ibi, *propè, & extrà muros Sypontinos*, vbi, vt aliàs, *Sypontinæ Diœcesis* conuenerat. Quæ innaturalis permutatio tergiuersationem arguit, & permagnam animaduersionem in Supplicatione construenda: & tamen neque Cathedralem S. Angeli sæpissimè repetitam Ecclesiam, neque Garganicum Archiepiscopum audent enunciare.

Perpende secundò Pontificis verba in Prouisione *liter. e.* ibi, *cura Nostra commissam habuimus*, qui emendatè repetere videtur particulam Garganicorum *Sponsa Nostra fuit.* Item aliam clausulam *liter. e.* ibi, *Ordinarii loci licentia minimè requisita*: vbi ly *loci* non satis consonat cum Garganica Cathedralitate prætensa.

Tertiò. Clausula illa, liter. c. *ac quandam Domum, quam olim Archiepiscopi Sypontini, præcipuè æstus tempore, inhabitare solebant*, Archiepiscopos vti Sypontinos, & non Garganicos, in Gargano Monte, æstus tempore, commoratos fuisse demonstrat.

Et tandem valdè notandum est in fine Bullæ, *liter. f.* quòd Transumpti exscribendi fidem, non eiusdem S. Michaelis Canonicis, quibus rescribit, defert; sed Canonicis CATHEDRALIS ECCLESIAE; scilicet Sypontinæ: quòd indubitanter colligitur ex ab-

ex absoluto modo, & antonomastico loquendi, vt consideranti patebit: nam si de Garganicis intellexisset, relatiuè omninò dicere debuerat *Canonicorum eiusdem Cathedralis Ecclesiæ*; cum sæpissimè repetita Canonicos, & Ecclesiam S.Angeli, nec semel nisi cum relatiuis pronominibus inuenies: scilicet, *eisdem, eiusdem, prædictis, ipsius, ipsorum, huiusmodi, &c.* quæ, consultò, quadrato caractere imprimi fecimus in contextu, vt vides.

NVMERVS V.

Breue Gregorii XIII. quod non est in forma. Datum Anno 1576.

GREGORIVS PP. XIII. *Vniuersis, &c. Hinc est, quòd Nos attendentes quamplures personas* Ciuitatis *Montis S. Angeli in Monte Gargano, &c. Venerabilis Fratris* Archiepiscopi Sypōtini *Nobis per dilectum, &c. Christi fidelibus* Ciuitatis *Montis S. Angeli in Monte Gargano, &c.*

Datum Romæ, apud S.Petrum, sub Anulo Piscatoris, Die 20. Februarij 1576. Anno IV.

SCHOLION AD PRÆCEDENS.

EXemplum est, alieno chyrographo extractum, & ab eodem Notario de Auantaggia Clerico Gargano approbatum, Parte non citata, non recognitum, &c.

Argumentum hic etiam sumunt ex ly *Ciuitatis*; quod licet nullius sit momenti, vt aliàs diximus, *suprà Numer. I. in Scol. §. Ampliùs dico*, tamen de adulteratione suspectio surgit; cum in Authenticis duabus eiusdem Gregorij Bullis, ad Garganicorum instantiam datas (quas afferimus *in Memor. Sypont. pag. 23. liter. A. & pag. 24. liter. B.*) habeatur, *Oppidum S. Angeli Sypontinæ Diœcesis*. Sed notandum est, Pontificem hic dicere *Archiepiscopi Sypontini*, absque *Garganici* additione prætensa.

NVMERVS VI.

Intitulationes Archiepiscoporum.

Instrumentum fundationis Monasterii Monialium Montis S. Angeli. Datum Anno 1404.

NICOLAVS DE ORTO, *Archiepiscopus* Sypontinus, & Garganicus, *&c. Datum in* Ciuitate *Montis* S. *Angeli, Die 17. Augusti, Pontificatus* Bonifacij PP. IX. *Anno XV.* A

SCHO-

SCHOLION AD PRÆCEDENS.

DImmutatam nimis, refero hanc scripturam: prout iacet, scilicet, in Summario à Garganicis producto: cum integrum exemplum non viderim, nec extet in Actis Notarij Floridi, prout cœteræ. Et firmiter credo, quòd non sit in forma, more solito: eò magis quòd antiquarum nullam scripturam exhibeant authenticam. In Consilio Io: Baptistæ de Luca, Garganicæ Causæ Patroni, Eminentiss. D. Card. Franciotto nuper tradito, dicitur esse Instrumentum fundationis Monasterij Monialium Montis S.Angeli: Ex quo dicendum, esse consuetas Garganicorum, & Conterranei Tabellionis enunciationes, nihil probantes. Ni magis suspicandum sit, ly *Garganicus* adulterinè fuisse appositum: vt aliàs indubitanter peractum fuit paulò infrà *liter. C.* ibi, *Garganicorum, & Sypontinorum*. Et in Memor. Sypontin. *pag.2.* C. *& pag.6. N.*

Vtcunque sit hæc Enunciatiua, etiamsi constaret ab Archiepiscopo emissam fuisse, nihil obstat; tùm quia est vnica, & singularis; tùm quia neque Archiepiscopus in omni casu præiudicare posset: præsertim, cum sit Enunciatiua facta contra tertium, lite pendente, Sypontinisque acriter contradicentibus, &c. Contradictio patet ex eo, quòd hic Archiepiscopus Nicolaus fuerit illemet, cui Bonifacius IX. direxit celebrem pro Garganicis Bullam, supra adductam *Numer.3.* quæ reclamante toto Orbe, & Sypontinis, fuit deinceps, & statim reuocata ab ipso Bonifacio, & Ioanne XXIII. & Martino V. successoribus; vt fusiùs dixi supra *Num.3. in Scholio*: Et testatur subsequens Archiepiscopus Laurentius apud Martinum V. in Memor. Sypont. *pag.7.liter.* R.S. Qui Laurentius Archiepiscopus fuit electus Anno 1407. triennio post datum hoc Instrumentum præcedentis Archiepiscopi Nicolai; vt patet in Memor. Sypontin. *pag.64.* A. vbi etiam videbis, nullum Archiepiscopum à dicto Anno 1407. vsque ad Annum proximè elapsum 1652. denominatum simul fuisse *Garganicum*.

Et quoniam, ex vulgatis iuribus, obseruantia Priuilegij debet esse proxima, vt probaui supra *Num.3.in Schol.§.Neq;obstant*, notandum est, quòd præter hanc suspectam, & inualidam istius Nicolai Archiepiscopi enunciationem, nullam aliam, penitùs obseruantiam proximam adducant Garganici super gemino Titulo *Sypontini, & Garganici* à Bonifacio IX. obtento. Immò hæc Enunciatiua est Garganicis contraria: quia, cum affectatè incœpta, & non ampliùs per subsequentes Archiepiscopos continuata fuerit, manifestè probatur Bonifacianæ Bullæ Reuocatio subsequuta, & fauorabilis Sypontinis obseruantia.

Tandem, cum probatio potentior vincat minùs potentem; vide in Memor.Sypontin. *à pag.5. liter. L. vsque in finem Libri*, innumeras sequentium Pontificum literas, Relationes Concistoriales, ~~& alia Iura authentica, ex quibus omnino extinctus~~ apparet geminatus hic Titulus *Sypontinus, & Garganicus*: præter seriem omnium Archiepiscoporum, extractam ex Actis Concistorialibus, & Vaticano Archiuio, ab Anno 1407. quam modò citauimus, scilicet in Memor.Sypontin.*pag.64.à liter.A.*

Inscriptio lapidea super Sacello S.Matthię intùs Ecclesiam Garganicam. Posita Anno 1487.

B *HANC IAPODIANAM Matthiæ iam exponit Aram Ecclesiæ almæ Carganicæ Archidiaconus Antonius Perutius, nobil. progenie, Sanctissimo Innocentio VIII. Pontifice Maximo, Ferdinando inclyto Siciliæ Rege, &c. Annis Millenis Quatricenteis Octogeis Septeis. Tiberio Archiepiscopo Sypontino Garganicoque.*

SCHO-

SCHOLION AD PRÆCEDENTEM.

HVic Epitaphio eadem adhibenda est fides, ac scribenti; qui fuit, vt vides, ex Capitulo Garganico. Repete quæ suprà dixi de alio Epitaphio Alexandri III. *Numer. 2. in Schol. §. primo*, ibi, *Addo scripturas, &c.* Et cum erectum fuerit 86. post annis, à data Bulla Bonifacij IX. proximam idcircò non indicat obseruantiam; cumque sit inualida probatio, tanquam scriptum in loco suspecto, de Partium non præsumpta voluntate, me refero ad validissimas, & authenticas nostras Probationes in Memor. Sypontin. Quas inter, *pag. 65. ann.* 1481. eundem *Tiberium* Archiepiscopum *Sypontinum* simpliciter, ex Actis Concistorialibus, cognominatum reperies. Insuper, duos alios Garganicos ex eodem *Perrutiorum* Genere aliter enunciasse, ibidem videbis. Primus est *Ioannes Andreas Perutius*, Canonicus Collegiatæ, vt dicit, *Ecclesiæ Oppidi Montis Gargani, Sypontinæ Diœcesis* (*pag. 15. in fin. liter.* D.) & alter *Antonius Perutius, Oppidi Montis Gargani, Sypontinæ Diœcesis*; *pag. 23. liter.* A. Quæ enunciationes peractæ sunt in Iudicio, & Romana Curia, coram Summis Pontificibus; & nimis accuratè, vt consideranti patebit; præcipuè ex ijs verbis *dicti Oppidi, quod insigne est* ibidem *pag. 23.*

Præterquàm addi potest, quòd exscriptum sit hoc Epitaphium Parte non citata, ab ipso Notario Garganico, &c. Et cum in Ecclesia S. Michaelis ipsum ego non aduerterim, de ipsius perspicuitate, vel literarum abstrusione nil dicere possum: certè illud *Garganicoque*, dictio videtur aliquantulùm insolita.

Litera Cardinalis Castelli, Archiepiscopi Tranensis: continentes collationem Beneficiorum in personam Archidiaconi Tranensis.
Data Anno 1503.

IOANNES CASTELLI *Miser. Diu. Tit. S. Mar. Transtiberim*, *S. R. E. Card. Tranensis Archiepiscopus*, Garganicorum, & Sypontinorum. C

Dilecto Nobis in Christo Cæsari Lambertino Archidiacono Nostræ Metropolitanæ Tranensis Ecclesiæ salutem, &c. Datum Romæ in Palatio Apostolico, in Domibus Nostræ solitæ Residentiæ, Die 6. Augusti 1503. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Alexandri Diu. Prou. PP. VI. Anno eius XI.

SCHOLION AD PRÆCEDENTES.

HÆ literæ exemplatæ sunt e particulari Archiuio Ecclesiæ Garganicæ, & à Laurentio Bonioanne, Notario Garganico, approbatæ: De cuius persona, & Officio testatur etiam alter Notarius, Garganicus Clericus, scilicet, Gregorius de Auantagia: qui duo cuncta in hoc Summario producta Iura construxerunt, vel approbarunt: Originalia, vt plurimum, apud se retinentes, in Archiuio, quod solemniter nuncupant Ecclesiæ Garganicæ. In corpore ipsarum Literarum, quæ prolixę sunt, nihil de Sypontina, vel Garganica habetur Ecclesia: nisi quòd in Inscriptione, vt vides, adest clausula *Garganicorum, & Sypontinorum.*

Quam quidem Clausulam, absque moderatione, ista vice, falsam pronuncio: Cardinalis enim Ioannes Castelli nunquam fuit Archiepiscopus, vel Commendatarius Sypontinæ Ecclesiæ: vt diligenter hic Romæ exquisiui in Apostolicis Registris, & Actis Conci-

Conciſtorialibus: & (quod mirum eſt) Anno 1503. quo datæ ſunt hæ literæ, erat Archiepiſcopus Sypontinus Agapitus Gerardinus: qui creatus Anno 1500. deceſſit Anno 1505. Eique defuncto ſtatim ſucceſſit Antonius de Monte: vt patet in Memor. Sypontin. *pag. 65. liter.* B.

Pertinent igitur hæ Literæ verè, & iuxta ipſarum tenorem ad Eccleſiam Tranenſem; cuius Card. Io. Caſtelli fuit Archiepiſcopus: ſed quoniam pendens habent Sigillum, in quo (ſecundùm arbitrariam veterum Præſulum, vel Eccleſiarum deuotionem) Beata Virgo in vna, & S. *Michael*, & quidam S. Epiſcopus adſunt in altera parte; Garganici (quiſquis ille fuerit) ridiculo, ſed non inſueto inuento, ſuperaddentes in Titulo *Garganicorum*, *& Sypontinorum*, ſibimet vendicarunt: ſed minùs quidem prudenter; cum acceptius apponere potuiſſent *Sypontinus*, *& Garganicus*, nam aliàs ex ipsa Clauſulâ inſoliti falſitas arguitur. Occaſionem ſumpſerunt ex imagine in Sygillo S. Michaelis, quam Eccleſiæ Garganicæ, ſicuti B. Virginem Eccleſiæ Tranenſi, & Sanctum Epiſcopum (fingentes S. Laurentium) Eccleſiæ Sypontinæ tribuerunt.

Et hinc fortaſsè cauſam agnoſcens, cur Garganici Originales Scripturas (nullius momenti quaſdam) penès ſe in ſolemni, quod dicunt, Garganico Archiuio, retineant; exempla tantummodo exhibentes. Nec irrationabiliter, prædictos Garganicos Notarios ſuſpectione deinceps laborare, decreueris.

Litera Bernardini Buratti Archiepiſcopi Sypontini, directa Comiti ab Altan. Anno 1625. Die 23. Auguſti.

D NOS *BERNARDINVS Burattus, Dei, & Ap. Sedis gratia Archiepiſcopus* Sypontinus, & Garganicus.

Per præſentes declaramus, expoſitum Nobis eſſe nomine Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Principis Michaelis Adolphij, Comitis ab Althan &c. ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D. Ioanne Baptiſta Graymay, Sac. Cæſar. Maieſt. Conſiliario, atque Elemoſinario, &c. vt ſupradictum Principem*, omneſque ipſius Ordinis ſub Protectione reciperemus* Potentiſſimi *Archangeli Michaelis &c. Quibus omnibus hilari animo annuentes &c. In quorum fidem præſentes &c.* per infraſcriptum Noſtrum Secretarium *fieri iuſſimus. Datum Romæ, Die 23. Auguſti 1625.*

Bernardinus Burattus. Archiepiſcopus Sypontinus, & Garganicus.

Leonardus Sernardus Cancellarius Sypontinus, & Secretarius.

Adeſt † Sigillum: circum quod legitur, *Bernardin. Burattus* Archiep. *Sypontin.* tantùm.

SCHOLION AD PRÆCEDENTES.

SCripsit has literas, vt vides, Leonardus Sernardus, Canonicus olim Garganicus, cui ob mala opera tandem degradato successit in Canonicatu Baltassar Giordanus, præsens Archidiaconus Garganicus, vt constat ex Bulla Vrbani VIII. *in Memor. Sypont. pag.17. liter.* G. Et ideo sunt de adulteratione suspectæ. cum enim in corpore earum nihil habeatur, in Causa, Garganicis fauens; sed solùm in inscriptione, & subscriptione extrinsecùs superappositum sit *Garganicus*; quis non aduertit, quàm facilè à quoquam (ni ab ipso potiùs à secretis) superaddi potuerit ly *Garganicus*? Præter hanc rationem, & suspectam, vt annui, scribentis personam, confirmatur adulterationis præsumptio ex eo, quòd nunquam hac insolita Tituli combinatione Archiepiscopus iste Burattus (nec alius quispiam) vsus sit: vt patet ex alijs eiusdem literis, in hoc ipso Summario ex aduerso adductis, infrà *Numer.VII. liter.* C. & D. & ex vniuersæ Diœcesis testimonio in Memor Sypontin. per totum Numerum VIII. in §§. quos indicat in margine titulus, *Denominatio Archiepiscopi*.

Immò in istismet literis obseruandum est Sigillum (quod deprauari non potuit) vbi *Sypontinus* tantùm ex more circumscribitur Archiepiscopus. Quæ valida est probatio. Gratian. *Discept. cap.893. n.47.* Et cum consuetudo ex actu insigni, perpetuò, & aduertenter facto magis probetur, quàm ex actu singulari, suspecto, & insolito, *vt DD.communiter*, meritò hæ literæ potiùs Garganicis præiudicant: & Archiepiscopi vsus in se denominando magis ex Sigillo attendendus, quàm ex insueta, suspecta, & singulari hac *Garganicus* superadditione: quæ, vel mortuo Archiepiscopo, à quoquam fieri potuit. Adde quòd non sint in forma: tanquàm non recognitæ; extractæ ex priuato Archiuio, &, vt alias, suspecto, Parte non citata, &c.

Vtcunque sit, hæ literæ nihil penitùs probant: cum effectuatæ non fuerint; nec traditæ Io. Baptistæ Graymay, in Germaniam transmittendæ Comiti ab Althan, vt vides: & ideò penès Secretarium remanserunt, veluti mera (vt vulgò dicunt) scartafacia. Et fortasse hac ipsa ab Archiepiscopo traditæ non fuerunt ratione, quòd insolitam denominationem animaduerterit. Quòd autem literæ non effectuatæ nullatenùs probent, nec titulum præbeant, docet Mandos. *in Reg.12. cancell. quæst.7 n.6.* Coccin. *Decis.144. num.4.* & alij communiter. Insuper sunt recentes, & post motam litem, &c. vt alibi diximus.

Aliæ eiusdem Archiepiscopi Literæ scriptæ in eandem sententiam. Anno eodem 1625. Die 7. Augusti.

NOS BERNARDINVS *Burattus, Dei, & Ap. Sed. grat. Archiep.* Sypontinus, & Garganicus. E

Duas exiguas ex vitro ampullas, plenas aquæ stillis guttatim dilabentibus ex ipso Venerabili saxo, quo Sacra contegitur Basilica Gloriosissimi Michaelis Archangeli in Monte Gargano, attestamur Nos tradidisse Illustrissimo, & Reuerendissimo D. Ioanni Baptistæ Graymay, &c. vt ipsarum vnam, Nostro nomine, præsentet Illustrissimo, atque Excellentissimo Principi Michaeli Adolpho Comiti ab Althan &c. In quorum fidem præsentes &c. per infrascri-

ptum

ptum nostrum Secretarium fieri iussimus. Datum Romæ, Die 7. Augusti 2625. 1625.

Bernardinus Burattus Archiepiscopus Sypontinus, & Garganicus.

Ioseph de Pace, Canonicus Garganicus, Secretarius.

Adest Sigillum: in quo circunstat *Archiepiscopus Sypontinus*, tantùm.

SCHOLION AD PRÆCEDENTES.

HÆ Literæ scriptę sunt, vt vides, in eandem sententiam; à Secretario item Garganico; ità vt superiores duplicatæ videantur. Non sunt in forma, nec effectuatæ: & Sigillum *Sypontinus* tantùm circumferens, suspectis inscriptioni, & subscriptioni non respondet. Quare nihil probant, vel potiùs Garganicis præiudicant; per ea, quæ diximus in proximo Scholio antecedenti.

Litera Citationem continentes: absque Archiepiscopi subscriptione.
Data Anno 1622.

F IOANNES *Ioanninus, V. I. D. Dei, & Ap. Sed. grat. Archiepiscopus* Sypontinus, & Garganicus.

D. Cæsar de Nicastro, Primocerius Sypontinus, & Auditor Generalis. Ad instantiam Promotoris Fiscalis Curiæ Archiepiscopalis Sypontinæ, & Garganicæ, *siue &c. citentur infrascripti Clerici* Ciuitatis *Montis S. Angeli &c.*

Manfredoniæ: Die 14. Maij 1622.

Cæsar Nicaster Auditor.

A Bonioanne Actuar. *Loco † Sigilli.*

SCHOLION AD PRÆCEDENTES.

ESt superior Citatio exemplum, approbatum à consueto Notario *de Auantagia*, Clerico Garganico; relicto Exemplari; tanquam re magna, in Archiuio (quod vocat) Garganicæ Ecclesiæ. Scriptum verò est ab alio Garganico Notario *à Bonioanne*. Qui duo Notarij quam suspecti sint agnosce ex ijs, quæ diximus suprà, *in hoc Numero, liter.* C. *in Sholio*, reijcientes alias Literas, euidenter falsas, ab eisdem Notarijs approbatas. Extracta est Parte non citata: nec est re cognita, &c.

Ab Archiepiscopo non est subscripta: idcircò nil probat. Sigillum tamen habet *Archiepiscopus Sypontinus* tantùm circumferens: ex quo Garganicis est contraria; iuxta quæ diximus in Scholio antecedenti *liter.* D §. *Immò* Quoad subscriptionem verò Auditoris, omninò adulterinam pronuncio: faciliùs est enim volare Montes, quàm *de Nicastro* Primocerium, & Patritium Sypontinum has (aduertenter saltèm) subscripsisse literas. Perpende, queisnam Probationibus nitantur Garganici. Et vide infrà

eiusdem *Ioannini* Archiepiscopi litteras (*Numer.VII. liter.* B.) ab ipso subscriptas; & *Sypontinus* tantùm præferentes: eodemque Anno Datas.

Epitaphium in Domo Archiepiscopali Garganica:

Hoc epitaphium emendatum fuit ab Archiepo successore, ly Garganicus sublato.

HORATIVS ex Annibalum Familia de Molaria, Archiepiscopus Sypontinus, & Garganicus *restaurauit: Anno Domini* 1638. G

SCHOLION AD PRÆCEDENS.

MIROR, cur hanc quoque Probationem Garganici afferre non erubescant. Depranatùm fuit enim hoc Epitaphium ab ipsis, post mortem Archiepiscopi, vacante Sede; ly *Garganicus* superaddito. Quod notorium est: & satis constat in Memor. Sypontin. *pag.*34. *liter.* F, *&* G.

Decretum ab Archiepiscopo Antonio Marullo, datum Anno 1648. *super vsu Mitrarum Dignitatibus Garganicis.*

Hoc fictitium Decretum, non publicatum, non subscriptum ab Actuario, et quoad Archiepi subscriptionem facile adulterinum, vacante sede a Garganicis primum exhibitum, & S. Cong. Rituum Die 1. Xbris 1657. Dato Decreto irritum nullumque Declarauit: Mitrisque Garganicis prohibuit.

IN DEI NOMINE. Amen. Visa expositione Reu. Capituli Metropolitanæ *Ecclesiæ S.Michaelis Archangeli: ac visis attestationibus, & informatione capta super* antiquo vsu *Mitrarum; visisque videndis, & consideratis de iure considerandis: Christi nomine repetito, fuit prouisum, pariterque decretum, Quòd quatuor Dignitates* Metropolitanæ *Ecclesiæ prædictæ, videlicet, Archidiaconus, Archipresbyter, & duo Primicerij continuent, & exerceant vsum Mitræ: tàm in Mei præsentia, quàm in absentia: & in eorum functionibus; ac etiam in* Processionibus*: & ad eorum beneplacitum* : vt ab antiquo vtebantur, *&c.* H

Antonius Archiepiscopus. *Loco † Sigilli.*

Lectum, latum, Die 2. Octobris 1648. *Curia, &c.* *in* Ciuitate *Garganica.*

SCHOLION AD PRÆCEDENS.

HOc Decretum, nunc primùm mihi cognitum, cuius nec vidi Exemplar, concessum fuit pendente lite (quæ incæpit in Criminali Anno circiter 1643. vt in Actis penes Notar. Floridum, Romæ; in Memor. Sypontin. *pag.*38. *Numer.VIII.* vel potius Anno 1607. vt infra, in hoc Summar. *Numer.XII.*) Parte prorsus inaudita, clandestinè, inconsideratè, &c. & præsertim absque Iurisdictione: cum solus Papa Mitrarum vsum concedere possit. Quod enim asseritur, *antiquo vsu*, & in fine, *vt ab antiquo vtebantur*; notoriè falsissimum est. Garganici enim de facto, & ex abrupto (quod non nisi iniquissimè negari potest) quinque circiter ab hinc annis, Metropolim

Sypon-

Sypontinam æmulantes, Mitras vſurpare tentarunt. Fuitque tàm facilis, & exorabilis; & Eccleſiaſticæ cuiuſdam oſtentationis amator Archiepiſcopus iſte Marullus (de Theologia alias benè merens, ſed in Iudicijs parùm verſatus) vt ſuſpectiſſima, & inani Garganicorum teſtificatione, vel inſtantia, tantummodò nixus, Decretum hoc auferit interponere. Nihil ergò probat: nec quoad ſubſtantiam; nec quoad *Metropolitana* enunciationem. Accedit, quòd de hoc Decreto Sypontini reclamarunt, penès S. Rituum Congregationem: à qua Troiano Epiſcopo commiſſum fuit, vt vſurpato Garganicos Mitrarum vſu prohiberet.

Porrò Sigillum in hoc ipſo Decreto *Archiepiſcopi Sypontini* tantùm circumſcriptionem fert. Nec aliter in Sigillo conſueuit Marullus cœterique Archiepiſcopi.

Cœterùm, quòd Mitræ vſus, ex antiquis Conſuetudine, & Priuilegijs Metropolitanas tantùm deceat Sypontinas Dignitates, ſatis conſtat ex Relationibus Conciſtorialibus, & aliundè: *in Memor, Sypontin pag.29. §. Quatuor. & pag.30. §. Quatuor. & pag.37. liter.* L. Vbi aduerte, poſtremam Relationem Couciſtorialem peractam fuiſſe à Cardinali Gymnaſio, olim, & diutiùs Archiepiſcopo Sypontino: & ideò benè inſtructo.

Ex his argue, quàm propenſi ſint Garganici ad ſurreptiones, vſurpationes, & teſtificationes inanes: & ſuſpectiſſimos idcircò eos habe, & præſume.

NVMERVS VII.

Acta Archiepiſcoporum: in quibus vocant Eccleſiam Cathedralem, & Ciuitatem Garganicam.

Litera Vicarii Generalis, & ſuffraganei Sypontini: continentes Collationem Cappellania in perſonam Clerici Garganici. Data Anno 1561.

A DIDCVS *de Leon, Dei, & Ap.Sed.gr.Epiſcopus Columbrienſis, Suffraganeus, & Generalis Vicarius* Sypontinus, *Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi D. Bartholomei de la Cueua, S.R.E. Preſbyteri Cardinalis, Tit. S. Crucis in Hyeruſalem, &* Archiepiſcopi Sypontini. *Dilecto Nobis in Chriſto Leonardo Decorato,* in Cathedrali Eccleſia S. Michaelis Archangeli *Clerico ſalutem, &c. Nos verò, ſequentes Canonicas Sanctiones, decreuimus fore affigendum Edictum in valuis Maioris, &* Cathedralis *Eccleſiæ Diui Michaelis Archangeli,* Ciuitatis *prædictæ, &c. prouidemus: inducendo te, vigore præſentium, in corporalem poſſeſſionem, ſeu quaſi, Cappellæ prædictæ, &c. & dicto Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo* Archiepiſcopo Sypontino, *eiuſque ſucceſſoribus obediens, Nobiſque &c. parebis &c. Mandantes nihilominùs Venerabili Archidiacono, Archipresbytero, Primicerijs, & Canonicis Garganicis,*

cis, alijsque Personis METROPOLITANAE Ecclesiæ subiectis; ac Notarijs publicis per Diæcesim existentibus committimus &c. In quorum præmissor. fidem, præsentes Nostra propria manu subscriptas, & soliti Sigilli magni appensione munitas, per infrascriptum Notarium nostrum Ordinarium Actuarium fieri iussimus. Datum in Ciuitate Manfredoniæ. Die 5. Mensis Maij 1561. Pontificatus S.D.N. Pij PP.IV. Anno II.

Episcopus Columbriensis, qui suprà.

Notar. Io. Marius Lambertonius, Actuar. de mandato, &c.

Exstat Sigillum appositum cum cera rubea.

SCHOLION AD PRÆCEDENTES.

Exemplatæ sunt hæ litteræ, ex originalibus in Pergamena existentibus, penès Artium, & Medicinæ Doctorem, Ioannem Baptistam Verrois: quem e Manfredonia, consuetus Notarius Garganicus exemplans, videtur annuere: sed verè Garganicus est, & in Terra Garganica degit, domumque habet, & filios, resque omnes: immò, vxore defuncta, multis ab hinc annis, Garganicæ Presbyter est Ecclesiæ. Ea propter non sunt in forma: nec extractæ citata Parte: non recognitæ, &c. nec e publico Archiuio, &c.

Duas in ipsis tantummodò dictiones anteferunt Garganici, *Cathedrali*, scilicet, & *Ciuitatis*; quas facilè in Pergamena, præradente gladiolo, adulterinè (vt aliàs) suppositas fuisse, non dubito (custodi tamen non ascribo) & ideo Originales, quæ quoad materiam nihil ampliùs prosunt, ex more non exhibent. Quicquid sit hæ denominationes (maximè à Vicarijs factæ) Metropolis iuribus non præiudicant. Abb. *in cap. Decim. penult.* Dec. *in c. fin. n.57. in 3. concl. de Constit.* maximè in rebus magni momenti. Puteus, *Decis.53. n.2.*

Nihilominus Garganicis ipsis præiudicant: ob particulas *Archiepiscopi Sypontini*, tantùm, & *Metropolitana*: quòd antonomasticè, in hoc casu, Sypontinam indicat Ecclesiam: & est correlatiuum superioris dictionis *Archiepiscopi Sypontini*. Insuper in Sigillo, ex cera rubea, *Sypontinus* tantùm *Archiepiscopus* cernes.

Et cum hæ literæ datæ sint sub Pio PP. IV. vnum non prætermittam: me, scilicet, Anno elapso 1654. Mense Aprilis, penès Eruditum Virum Io. Baptistam de Luca, Garganicorum Causæ Patronum, gratiosè exhibitum solemnè vidisse Edictum, eodem Regnante Pontifice, à Garganicis Typis mandatum, superimpresso in eo Insigne ipsius Pij IV. In quo neque excogitarunt Garganici, in prolixa ibidem Ecclesiæ Garganicæ, eiusque diuersarum rerum descriptione, & Titulari (vt moris Edictorum est) inscriptione, *Cathedralis* nomen vsurpare. Quam scripturam, licèt Aduocati eiusdem in Iudicio nunc celet prouidentia; futurum tamen spero, vt aliquando (Eminentissimo saltèm mandante Domino) reuelet ingenuitas. Singulare est enim Veritatis priuilegium, vt Causidicos Optimos gloriosius ipsa alliciat, quàm clientela.

Litera

Litera Ioannis Ioannini Archiepiscopi. Data Anno 1622.

B IOANNES *Ioanninus, I.V.D. Dei, & Ap. Sed. grat.* Archiepiscopus Sypontinus. *Dilec. Nobis in Christo Leonardo Pistoia* Ciuitatis *Montis S. Angeli, salutem. Vt cum vestibus Clericalibus indui, & Ecclesiæ* Cathedrali *S. Michaelis Archangeli inseruire possis, &c. in numero Clericorum prædictæ* Cathedralis *Ecclesiæ, &c. Datum in* Ciuitate *Montis S. Angeli, ex Archiepiscopali Palatio*: Die 10. Iunij 1622.

Ioannes Archiepiscopus Sypontinus.
A Bonioanne Actuarius.

Adest Sigillum cum circùmscriptione *Archiepiscopus Sypontinus* tantùm.

SCHOLION AD PRÆCEDENTES.

SCriptæ sunt hæ literæ à *Bonioanne* Notario Garganico: quem suspectum rationabiliter ostendi, suprà *Numer. VI. liter.* C. *in Scholio*. Et ab Archiepiscopo inaduertenter subscriptas (vt solent huiusmodi) fatendum. Extractæ sunt Parte non citata; e priuato Archiuio: non recognitæ, &c. Vtcunque sit Archiepiscopi ista singularis (& quæcunque) enunciatio non præiudicat. Vide in Memor Sypontin. *per tot. Numer. VIII.* & præcipuè, vbi in margine adest particula *Metropolis vnica*. Adde, quòd sint Acta post motam litem: quæ incæpit Anno 1607. vt infrà *Numer. XII*, Et absque Sypontinorum patientia, &c. Et in ijs potiùs attendenda sunt Sigillum, & Inscriptio, *Sypontinus* tantùm præferentia. Vide, & rationem habe de innumeris Apostolicis Literis, cœterisque Probationibus in Memor. Sypontin.

Litera Buratti Archiepiscopi. Anno 1623.

C BERNARDINVS *Burattus, V.I.D. Dei, & Ap. Sed. grat.* Archiepiscopus Sypontinus. *Vniuersis &c. testamur qualiter hac infrascripta Die Lunæ, tenentes* priuatam *Ordinationem in Cappella nostri Palatij Garganici, &c. Clericum Ioannem Sanctum de Tona*, Ciuitatis *Montis* S. *Angeli, &c. ad seruitium* Cathedralis *Ecclesiæ, prædictæ Ciuitatis, &c. Datum in* Ciuitate *Montis* S. *Angeli*: Die 29. Maij 1623.

Bernardinus Burattus Archiepiscopus Sypontinus.
Notar. Franciscus Ant. Grillus Actuar.

Adest Sigillum *Archiepiscopus Sypontinus* tantùm circùm habens.

Alia

Alia Litera eiusdem Archiepiscopi. Ann. 1623.

BERNARDINVS *Burattus, V. I. D. Dei, & Ap. Sed. grat.* Archiepiscopus Sypontinus. *Vniuersis &c. testamur, qualiter, infrascripta Die Martij, tenentes* priuatam *Ordinationem in* Cathedrali *Ecclesia* S. *Michaelis Archangeli,* Ciuitatis *Garganica, Dilec. Nobis in Christo Clementem Nardinum*, Ciuitatis *Montis* S. *Angeli, &c. & initiamus ad seruitium* Cathedralis *Ecclesiæ eiusdem Ciuitatis, &c. Datum in* Ciuitate *Montis* S. *Angeli*: Die 6. Iunij 1623. D

Bernardinus Burattus Archiepiscopus Sypontinus.

Notar. Franciscus Antonius Grillus Actuar.

Adest Sigillum: in quo legitur *Sypontinus* tantùm.

SCHOLION AD PRÆCEDENTES.

POstremæ Exemplum sunt extractum a Notario Garganico *de Auantagia*. Et repete, quæ diximus in proximo præcedenti Scholio, liter. B.

N V M E R V S VIII.

Deputationes Vicarij Generalis Garganici.

Littera Annibalis Ginnasii Archiepiscopi. Anno 1616.

ANNIBAL *Ginnasius V.I.D. Dei, & Ap. Sed. grat.* Archiepiscopus Sypontinus. *Vniuersis, & singulis, &c. Noueritis, quòd Nos attendentes occupationes, & residentiam, quam Nos oportet necessariò in Curia Romana, &c. & ob id nostra Ecclesia* Ciuitatis *S. Angeli in defensione suorum Iurium, &c. possent recipere detrimentum, &c. Considerantes igitur probitatē, &c.* Virgilij Pellegrini, *nostri Archidiaconi Garganici, ipsum D. Virgilium Archid. nostrum* Vicarium Generalem *iu Spiritualibus, & Temporalibus; ac Officialem in dicta nostra* Ciuitate *Montis S. Angeli* tantùm, *tenore Præsentium facimus. Reuocando &c. omnem* fa- A

Man-

cultatem ; & poteſtatem aliàs datam noſtro Vicario Generali Manfredoniæ in hac noſtra Ciuitate Montis S.Angeli : *ita vt non poſſit, nec debeat in aliquid ſe ingerere, &c. quę ad Nos, & dictam noſtram Eccleſiam pertinebunt, &c. Perſonaſque omnes in dicta noſtra* Ciuitate *Montis S.Angeli : prout ad Nos de* Iure Metropolico *ſpectat: ſiue ſint Abbates, Priores, & aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ, &c. & prædictæ noſtræ Eccleſiæ Montis S.Angeli, &c. Datum Romæ, extra Portam Flaminiam*: Die 25. Nouembris 1616.

Ita conſtituimus, & deputamus Nos A. Ginnaſius, Archiepiſcopus Sypontinus.

Actuarius prætermittitur in Exemplo.

Adeſt Sigillum, *Sypontinus* tantum circumuehens.

SCHOLION AD PRÆCEDENTES.

DVo extollunt Garganici in his Literis. Enunciationem *Ciuitatis*; & Materiam, ſcilicet, *Deputationem Vicarii Generalis* in ſola Terra Montis Gargani. Vtrumque nihil probat. Nam quoad ly *Ciuitatis* (quod eſt inualidum, & penè ridiculum Cathedralitatis argumentum) vide quæ ſuprà diximus, præcipuè Numer.I. in Schol. §. *Ampliùs dico*: præterquàm poſſit Actuarij ingenio aſcribi: ipſe enim Annibal Ginnaſius Archiepiſcopus penès Paulum V.Anno 1614. in Supplicatione dixerat, *Eccleſiam S.Michaelis Archangeli, Loci Montis Gargani, Sypontinæ Diœceſis (in Memor. Sypontin.pag.33. in fin. liter.*D.) & in alijs geminatis ipſius Literis, *Metropolitanam Eccleſiam* Ciuitatis *Manfredoniæ*: Memor. Sypontin. *pag.36.* H.I. Quod vniuerſa teſtante Diœceſe,confirmatur *per totum Numer.VIII.in iiſdem Memor. Sypontin.* Et facit in iſtis etiam literis particula illa, *de iure Metropolico* In quibus etiam aduerte, Eccleſiam S.Michaelis Cathedralem nunquam prænominari.

Deputationem verò hanc ſingularem Vicarij Garganici, in ſola Terra S.Angeli, fecit hac vice Annibal Ginnaſius ob acres, & notorias, quas cum Barone Montis S.Angeli controuerſias, tunc temporis habebat: ideoq; maiori Vicarium Auctoritate fulciendum exiſtimauit. Et quòd ſingulariter, & non antea, fecerit, patet ibi, *reuocando omnem poteſtatem, & facultatem, aliàs datam, noſtro Vicario Generali Manfredoniæ in hac noſtra* Ciuitate *Montis S.Angeli*. Vtcunque ſit nihil, in hac cauſa, iſta Deputatio Sypontinis præiudicat: Cum (circumſcripta Archiepiſcoporum impotentia ad contradicentem Metropolim pręiudicandam; & Maximè pendente lite, quæ incæpit Anno 1607. *vt infrà Numer. XII*) indubitatum eſt in Iure, plures Generales Vicarios in Diœceſe poſſe Epiſcopos deputare: Rota *Deciſ.418. n.9. & 10. coram Caualer.* Gratian. *Diſcept.655. n.46.*

Obſerua tandem inſcriptionem, & ſigillum, *Archiepiſcopum Sypontinum* tantùm indicantia. Vbi nota, quòd licèt in Eccleſijs minùs principaliter vnitis in Sigillo, Expeditionibuſque Epiſcopalibus, & in Literis Apoſtolicis, vnica & Dignioris Eccleſiæ Denominatio ſufficiat; in Eccleſijs tamen æquè principaliter vnitis (vt

D præ-

prætendunt Garganici) id nullatenus admittitur. Quod est maximum dignoscendæ Metropolis argumentum. Rota, *apud Caualer. Decis.330. num.4.* Gonzal. *super Reg.8. Cancel.Glos.5, §.7. num.132.* qui innumeras citat Auctoritates.

Litera Ioannis Ioannini Archiepiscopi super Deputatione eiusdem Archidiaconi Pellegrini in Vicarium Generalem in Monte S.Angeli. Ann. 1622.

IOANNES *Ioanninus, V.I.D.* Dei, *& Ap. Sed. grat.* Archiepiscopus Sypontinus. *Vniuersis, & singulis, &c. Noueritis, cum non valeamus in singulis locis Nostræ* Diœcesis *interesse; ne in hac* Ciuitate *Montis S.Angeli in ijs, quæ oportet pro defensione iurium nostræ Ecclesiæ Garganicæ, &c. confidentes igitur in probitate, &c.* D.Virgilij Pellegrini, *Archidiaconi nostræ* Cathedralis *Ecclesiæ Garganicæ, ipsum* D.*Virgilium nostrum Vicarium Generalem, in Spiritualibus, & Temporalibus, ac Officialem in dicta* Ciuitate *Montis S. Angeli tantùm, tenore præsentium, facimus, constituimus, &c. Reuocando ex nunc, prout ex tunc* reuocamus, omnem facultatem, & potestatem Nostro Vic: Generali Dioecesano aliàs datam in hac Ciuitate Montis S.Angeli: *ita vt non possit, nec debeat in aliquod ingerere, nec intromittere, &c. ad dictam Nostram Ecclesiam, &c. Datum in nostro Archiepiscopali Palatio Garganico: Die 18. Iunij 1622. in* Ciuitate *Montis S.Angeli.* B

Ioannes Archi*episcopus Sypontinus.*
D. Iacob. Rusillus ab Iliceto pro Actuar.

Adest Sigillum, in capsula stannea pendens; vbi legitur *Archiepiscopus Sypontinus* tantùm.

SCHOLION AD PRÆCEDENTES.

SVper his literis repete ea, quæ diximus in proximo præcedenti Scholio, *liter.* A. & in alio, *Numer. VII. liter.* B. Et cum non sint recognitæ, ac sint in pergamena scriptæ, sunt de abrasione suspectæ: præcipuè quoad ly *Cathedralis*; quæ est dictio insolita, & contradicens innumeris Garganicorum Actis, & literis; vt in Memor. Sypontin. *incipiendo à pag.9. vsque in finem libri.* Et tandem nullius est momenti; cum sit enunciatiuè emissa, recenter, post motam litem, contradicente Parte, ex Actuarij incuria, vel dolo; & ab Archiepiscopo, vel inaduertenti, vel decepto, vel præiudicare in hoc casu non valenti; item in his ipsis Literis ly

Cathe-

Cathedralis nec Sigillo, nec Archiepiscopi inscriptioni, & subscriptioni respondet: in quibus habetur *Sypontinus* tantùm, &c. Et facit ly *Diœcesano*, quod Sypontinæ Ecclesiæ, eiusque Generalis Vicarij indicat præeminentiam in Terra quoque Garganica: quæ per accidens per has Literas excipitur.

NVMERVS IX.

Instrumenta Possessionis, siue Ingressus Archiepiscoporum in Ecclesia Garganica.

Instrumentum Ingressus Cardinalis de Como, Archiepiscopi Sypontini in Ecclesia Montis S. Angeli, Anno 1567.

A IN DEI NOMINE *&c.* Die 4. *Mensis Maij*, Decim. *Indi-ction.* 1567. *in* Ciuitate *Montis S.Angeli*. *Lo predetto dì, ad instanza, e richiesta fatta à Noi Giudice, Notario, e Testimonij, per il Magnifico Signor Michele Visco, Generale Sindico in d. Città, del presente Anno*: *nec non per li Magnifici Pietro Perucci, Antonio Longo, Donato di Ciuta*, e me Notario Fabbio de Monachis, *quattro Eletti parimente al Regimento, e gouerno di detta Città, per il detto presente Anno, ne semo personalmente conferiti in la Veneranda Chiesa di S. Michele Arcangelo. Che volendosi inuestire, e dare la libera quiete, e pacifica Possessione, vt decet, dell'* Arciuescouato Garganico, *vna con la solita obedienza, in persona dell'Illustrissimo, e Reuerendissimo Tolomeo Gallio, Miser. Diuina, Cardinale di Como, & Arciuescouo* nostro, *&c. Hauendosi prima basciato mani, e piedi di detto Illustrissimo, e Reuerendissimo ~~Cardinale di Como, & Arciuescouo~~* nostro *Tolomeo Gallio, per li prefati Magnifici Sindico, & Eletti, per conseruatione dell'ãtiquati Priuilegij della Magnifica Vniuersità, delli quali ne sono*, vt dixerunt, *in pacifica, e quiete possessione, quorum nulla extat hominum memoria in contrarium: de eo videlicet: come essa Città tiene antichissimo Titolo di Città Garganica: sì come sempre sono stati ab antiquo Arciuescoui di detta Città titolati, e nominati* Garganici: *dimandarono, prout di nuouo dimandano li prefati Magnifici Sindico, & Eletti al predetto Illustrissimo, e Reuerendissimo Cardinale: come, e con qual Titolo veniua, e viene in detta* Città Garganica, *à pi-*

gliare, & inuestirsi dell'Arciuescouato di detta Città: cioè, Se sua Signoria Illustrissima, e Reuerendissima viene come Arciuescouo Garganico. *Per il quale Illustrissimo, e Reuerendissimo Tolomeo Gallio, vt supra Cardinale, non transeuntibus Nobis, quibus suprà, ad extraneos actus, fù risposto infrascripta verborum forma:* come vero Arciuescouo vostro. *Et demum fatta la detta dimanda, e petitione* iteratis vicibus, *& pluribus in locis, al detto Illustrissimo, e Reuerendissimo Cardinale per li detti Magnifici Sindicò, & Eletti, fù la detta risposta del detto Illustrissimo, e Reuerendissimo Tolomeo, vt supra Cardinale, per li detti Magnifici Sindico, & Eletti accettata in illis punctis, & passibus, quali fanno in fauore, e conseruatione delle raggioni, & ancichi Priuilegij di detta Magnifica Città. Qual risposta l'accettarono, prout accettano di nuouo, nomine dicta Vniuersitatis, & totius Populi, quatenùs in eius fauorem facit, & non aliter:* in illis verò passis, & punctis, quæ tendunt, & tendere fortassè possent, quoquo modo, in pregiuditio di detta Città, & per consequens di suo Clero, e Càpitolo, expressè ex nunc, prout ex tunc, renunciauerunt, *impugnauerunt, & impugnano li detti Magnifici Sindico, & Eletti; vna con lo Reu. D. Antonio Tontoli Archidiacono, D. Leonardo di Turno Arciprete, D. Angelo Roberti altro Primocerio, &c.*

[Hic totum Capitulum Garganicum nominatim inseritur.]

rappresentanti, vt dixerunt, la maggior, e sanior parte delle Dignità, e Canonici del Capitolo, e Clero Garganico; immo totum Capitulum. Li quali in his scriptis humiliter richiedono, e supplicano sua Signoria Illustrissima, che debbia, e piacciali di conseruarli, defenderli, e manutenerli in tutte preeminentie, honori, Priuilegij, prerogatiue, immunità, e sue consuetudini, &c. Per il quale Illustrissimo, e Reuerendissimo Cardinale, & Arciuescouo fù risposto coram Nobis, &c. che sua Signoria Illustrissima, & Reuerendissima come Arciuescouo di detta Città, è per osseruare tutto quello, che per li Predecessori di sua Signoria è stato osseruato; & è solito osseruarsi, &c. Volendosi pigliare la possessione per il detto Illustrissimo, e Reuerendissimo Cardinale del predetto Arciuescouado, &c. ne semo conferiti

feriti nella detta Veneranda *Chiesa, seu Oratorio del Prencipe delli Arcangeli, vbi prædicta omnia gesta fuerunt, &c. & essendomo in detta* Veneranda *Chiesa, hauemo trouato personalmente commorare il detto Illustrissimo, e Reuerendissimo Gardinale, vt supra Arciuescouo. Per il quale essendono spedite Bolle in sua Persona Illustrissima, e Reuerendissima del predetto Arciuescouado, si come in esse Bolle si contiene:* ad quas relatio, in omnibus, haberi voluit, &c. *In detta* Veneranda *Chiesa sedendo in detta Sede, &c. Canonici, e Clero di detta* Veneranda *Chiesa, &c. e Preti di detta* Veneranda *Chiesa, &c.*

SCHOLION AD PRÆCEDENS.

HOc Instrumentum Ingressus, quem Possessionem vocant Garganici, Cardinalis de Como Archiepiscopi, peractum fuit, vt vides, à Notario Garganico, atque vno ex Electis ad Regimen Oppidi: quare (quod ridiculum est) idem erat rogatus, & rogans. Est exemplum approbatum à recenti quodam altero Notario Garganico: non recognitum; Parte non citata &c. e priuato Archiuio &c.

In eo, vel anteponunt Garganici *Substantiam* Actus, vel *Circumstantias*. Substantia, scilicet *Archiepiscopi Ingressus solemnis, vel Possessio*, nihil releuat; cum in quocunque Diœcesis Oppido, & primo Archiepiscoporum Ingressu, eosdem solemniter Actus celebrari, disertè probetur per 13. contestes Diœcesanos (*in Memor. Sypontin. per tot. Numer. VIII.* vbi in margine adest nota, *Possessio Archiepiscoporum*) & nihil refert, quòd Instrumentum hoc, singulariter quoad alias Terras, (ipsamq etiam Metropolitanam Sypontinam) celebrauerint Garganici: id enim sponté fecerunt: & quis prohiberet cœteras Diœcesanas Terras idem peragere? Nam quoad Personam Archiepiscopi, in nihilo alio concurrisse patet, nisi in necessario, & physico in vnum suæ Diœcesis Oppidum ingressu. Inmò hoc ipsum insuetum Garganicorum actum, attentè consideranti, ipsorum surreptiones, tentatamque vsurpationem, manifestè indicat. Et notandum, quòd hoc Instrumentum stipulatum fuerit à Garganicis, quinque post Annis ab Archiepiscopi Electione ad Ecclesiam Sypontinam: Cardinalis enim de Como fuit Electus Anno 1562. vt in Actis Concistorialibus, *in Memor. Sypontin. pag. 65. lit.* C.

Circumstantiæ verò, scilicet, *verba, enunciationes, interrogationes, & responsiones, &c.* Garganicis ipsis sunt contrariç: nam (circumscripta eorum inualiditate, cum sint enunciata ab ipso Tabellione Garganico, & ad Regimen Oppidi Electo; quæ fauorabiliter non probant) obserua Garganicorum interrogationi quam Archiepiscopus dederit responsionem: scilicet, *come vero Arciuescouo vostro*. Qua tergiuersatione prudenter ab Archiepiscopo adhibita (sicuti tempus, & occasio expostulabant) & *iteratis vicibus*, Garganicos reiectos, & delusos fuisse, patet: & & ipsi fatentur, contra eam protestando: ibi, *Qual risposta l'accettarono, &c. quatenus in eis fauorem facit, & non aliter. In illis punctis, qua tendunt, &c. in pregiuditio di detta Città, &c. expresse, &c. renunciauerunt, impugnauerunt, & impugnant, &c.* & deinde, pro maiori Protestationis vi, totum sigillatim Capitulum protestantes afferunt.

Conformes, in hoc casu, sequentium Archiepiscoporum fuere responsiones: licet, data opera, à consueto Garganico Notario, in sequentibus proximè Instrumentis non integrè transumptis, prætermittantur. Et Archiepiscopus Theutoni-

cus,

cus, nouissimè Anno 1651. respondit: *sono vostro Arciuescouo, conforme sono stati tutti gl'altri miei Predecessori*: in Memor. Sypontin. *pag.67. lit.* D *in medio* vbi vide totum eiusdem *Theutonici* Ingressus Instrumentum. Et nota, quòd idem Notarius, & Electus, in hoc ipso Instrumento rogatus, de *Cathedralitatis* Possessione noluit affirmatiuè asserere, sed relatiuè: ibi, *vt dixerunt*.

Sed quanam euidente magis, aduersaque poterat Card. de Como in Garganicos confutatione vti, quàm ijs alijs verbis, Apostolicis Literis relationem habentibus: *si come in esse Bolle si contiene*: *ad quas relatio in omnibus, haberi voluit*. Idem protestarunt, & responderunt cœteri omnes Archiepiscopi subsequentes: vt pateret in Garganicorum Instrumentis, si integrè ea deducerent. Et constat in Personam *Theutonici* Archiepiscopi; in Memor. Sypontin. *pag.67. lit.* D. *in fin. &* E. In qua re supponendum est, quòd si totum reuolues Vaticanum Archiuium (prout ego feci) omnesque Sypontinæ Ecclesiæ Bullas, & Archiepiscopatus Collationes, nunquam vel *Archiepiscopum Garganicum*, vel *Cathedralem Garganicam*, *&c.* inuenies: sed *Archiepiscopum* Sypontinum tantùm: & *Metropolitanam* solummodò *Ecclesiam Sypontinam*. Vide innumeras *in Memor. Sypontin.* Pontificum Literas: plurimasque ad Garganicorum instantiam.

Cœterùm *in Memor. Sypontin.* vide Relationem Conciftorialem: quæ peracta est ex oraculo Cardinalis eiusdem *de Como*; licet à Card. Boba præsentata: *pag. 26.* Et Prouincialem Synodum Sypontinam, eodem Anno 1567. quo stipulatum est hoc Instrumentum, ab ipsomet Card. *de Como* solemniter celebratam, & Typis mandatam: *pag.32.* A. Et Supplicationem apud Pium V. Cardinalis eiusdem: *pag. eadem 32. lit.* B. Et Decretum S. Rituum Congreg. cum Officio S. Michaelis, Romæ impressum Anno 1604. à Cardinali ipso *de Como* subscriptum: *pag.33* C. In quibus omnibus Archiepiscopus habetur *Sypontinus* tantùm: Ecclesia Sypontina solùm *Metropolitana*: Mons Garganus *Terra*: & Ecclesia S.Michaelis *Collegiata*; & *Sypontina Diœcesis*.

Aduerte etiam, quòd in hoc ipso Instrumento Ecclesiam S.Michaelis Cathedralem non audent nominare, sed medio termino *Venerandam*: sicuti Cardinalem Archiepiscopum nec apertè *Garganicum*; sed *nostrum* æquiuocè repetunt. Quæ studiosa affectatio, præcognitæ ab ipsismet vsurpationis est argumentum.

Inter cœtera Instrumenti Ingressus Archiepiscopi Buratti: siue eius Procuratoris. Anno 1623.

EGO INFRASCRIPTVS *Notarius Apost. fidem facio, qualiter perquisito Protocollo Notarij* Laurentij Bonioannis Garganici *inueni in* Anno 1623: sub Die 2. Aprilis, *fol.94. Ill. & adm. Reu. D. Ioannem de Ioannino Abbatem Vlturini* Procuratorem *ad infrascripta Illustriss. & Reuerendiss.* D.Bernardini Buratti *Archiepiscopi* Sypontini, *vigore Bullarum Apostolicarum, sub* Datum Romæ 5. Kal. Ianuar. 1623. *cum Regio exequatur*: *mediante mandato Procuræ, sub Datum Romæ, Die* 1. *Martij dicti Anni, manu Notarij Blasij de Comitibus; apprehendisse possessionem dicti Archiepiscopatus in* Ecclesia Cathedrali Garganica, *iuxta antiquissimam consuetudinem*: B

dinem: *&* pro obseruantia Literarum Summorum PP. Romanorum: & præcipuè *ALEXANDRI III. BONIFACII IX.* pro Vnione Ecclesiæ Garganicæ cum Sypontina; & *IVLII III. Qui* Procurator *sedens in Sede Archiepiscopali marmorea dictæ* Cathedralis *Ecclesiæ Garganicæ; in qua Archiepiscopi ipsius sederunt, & legitur*

Sedes hæc numero differt à Sede Syponti.

Ius, & Honor Sedis, quæ sunt ibì, sunt quoque Monti. *& Pontificalibus indutus in signum veræ, realis, & corporalis Possessionis dicti Archiepiscopatus in dicta* Cathedrali *Ecclesia, recepit Claues ipsius exhibitas ab adm. RR. Archidiacono, Archipresbytero, Primicerijs, & Canonicis ipsius Ecclesiæ: & obedientiam nomine dicti Archiepiscopi, &c. Protestantibus dictis Dignitatibus, & Canonicis pro Ecclesia; & Magnificis de Regimine* Ciuitatis *pro ipsa, & Populo, obseruantiam Priuilegiorum, Consuetudinum, Prærogatiuarum, & Praeminentiarum, Immunitatum, & Dignitatum; quibus Ecclesia, & Ciuitas gauisæ fuerunt*, & in possessione fuerunt: *prout dictus Procurator obseruare promisit: & obseruari facere à suo Principali: & in pectore iurauit.*

Particula alterius Instrumenti super Ratihabitatione Archiepiscopi. Eodem Anno 1623.

ET *in eodem Protocollo fol.*163. sub Die 21.Maij, eiusdem Anni, *Illustrissimus, & Reuerendissimus D.* Bernardinus Burattus Archiepiscopus Sypontinus, *sedens in Sede Archiepiscopali marmorea dictæ Ecclesiæ* Cathedralis; *& volens reiterare Actum Possessionis dicti Archiepiscopatus in dicta Ecclesia, pro maiori solemnitate ipsius associatus ab adm. RR. Dignitatibus &c. receptis Clauibus Ecclesiæ, obedientia &c. & factis alijs actibus Possessionis, & debitis Protestationibus pro obseruantia Priuilegiorum Ecclesiæ, &* Ciuitatis, *&c. promisit obseruantiam dictorum Priuilegiorum: ratificando Actum Possessionis, & promissionis, à suo Procuratore.* Prout hæc, & alia diffusiùs apparent ex dictis Publicis Instrumentis: quibus me refero. *Et in fidem, Ego D. Ioannes* Gregorius Auan-

Auantaggia *Notar. Apost. &c. In Ciuitate Montis S. Angeli*, *Die 22. Februar. 1644.*

Locus † Signi.

SCHOLION AD PRÆCEDENTIA.

SVnt duæ Attestationes, vt vides, Notarij *Auantaggia* Clerici Garganici; fundatæ in duobus Instrumentis stipulatis ab alio Notario Garganico *Laurentio Ant. Bonioanne*: qui sæpè fuit Sindicus Oppidi: quique quàm suspecti sint, vide suprà, *Numer VI. liter.* C. *in Schol.* Extractæ sunt Parte non citata, pendente lite, à Notario Protocolli custodiam non habente, non recognitæ, &c. Et nihilominùs hoc vnum respondisse sufficiat, esse enunciata ipsorum Garganicorum; & Acta spontè ab ipsis facta; pendente lite: quæ incepit Anno 1607. vt infrà *Numer. XII. in Schol.*

Sunt etiam inualidæ; quia Instrumenta non integra deducuntur, sed consultò diminuta, ad occultandas Archiepiscopi responsiones, & Relationes adhibitas cum Bullis Collationis Archiepiscopat us: in quibus *Archiepiscopus Sypontinus* tantùm habetur: vt ipsi quoque Garganici in his egrè fatentur: ibi, *Archiepiscopi Sypontini*.

Repetas quæ suprà dixi in proximè antecedenti Scholio *lit* A. Et quoad obseruantiam literarum *Alexandri III. Bonifacii IX. & Iulii III.* vide quæ superiùs respondi, *Numer* II. III. & IIII. *in Scholiis*. In quibus percipies *Alexandrum* diffinitiuè decreuisse contra Garganicos in hac Causa: ipsius sententia à successoribus Pontificibus confirmata: *Iulium* (qui fuerat Achiepiscopus Sypontinus) semper, & expresè Garganicos appellasse *Diœcesanos Metropolitanæ Ecclesiæ Sypontinæ, &c.* & *Bonifacii* Bullam, quàm sæpè iactant, ab ipsomet Bonifacio sequentibus Annis, & à Ioanne XXIII. & Martino V. fuisse reuocatam: quæ idcircò (& cum fuerit obtenta surreptitiè, tempore Schismatis, clandestinè, &c.) nullam habuit exequutionem. Item quoad carmina, *Sedes hac numero differt*, &c. vide quæ animaduerti *eodem Numer. II.* Obserua etiam quàm deinceps Garganicorum vsurpatio crescat: qui in his scripturis *Cathedralem* dicunt Ecclesiam Garganicam: quod in præcedenti Cardinalis de Comio Instrumento non præsumpserunt.

Inter cætera Instrumenti Ingressus in Ecclesiam Garganicam Procuratoris Annibalis Caraccioli Archiepiscopi. Anno 1628.

EGO INFRASCRIPTVS *Notar. Apost. fidem facio, qualiter perquisitis publicis scripturis Notar.* Laurentj Bonioannis *Garganici inueni in Protocollo* Anni 1628. *fol.* 162. sub Die 10. *Augusti*; *qualiter Ill. & R. D. Paulus Theutonicus Protonotarius Apostolicus, &* Procurator ad infrascripta *Illustrissimi, & Reuerendissimi D.* Andreæ Caraccioli, *Neapolitani*. Archiepiscopi Sypontini, *vigore Breuis Apostolici, sub* Datum, Romæ 4. Kal. Iunij 1628. *cum Regio Exequatur, mediante Mandato Procuræ sub Die* 15. *Iunij eiusdem Anni, manu* C

manu Notar. Mutij Cittadini; *ſedens in Sede Archiepiſcopali marmorea Eccleſię* Garganenſis, *Pontificalibus indutus*, *aſſociatus à Dignitatibus*, *& Canonicis ipſius* Cathedralis, *& à DD. de Regimine Ciuitatis, & Populo*: *quibus exhibuit, & præſentauit dictus Procurator Breue Apoſtolicum, & Regium* Exequatur: *& petijt apprehendi Poſſeſſionem dicti Archiepiſcopatus in dicta* Cathedrali *Eccleſia*, *iuxta antiquiſſimam conſuetudinem*; *& pro exequutione, & obſeruantia Bullarum Summorum* PP. *Romanorum*, & præcipuè *ALEXANDRI III. BONIFACII IX.* pro Vnione Eccleſiæ Garganicæ cum Sypontina, & *IVLII* III. *à quibus Dignitatibus*, *& Canonicis fuerunt exhibitæ*; *& præſentatæ* Claues *dictæ* Cathedralis *Eccleſiæ eidem D. Procuratori in ſignum Poſſeſſionis dicti Archiepiſcopatus in dicta Eccleſia*; *& præſtita obedientia gradatìm*. *Et inſtantibus ipſis Dignitatibus*, *Canonicis*, *& DD. de Regimine obſeruantiam* Priuilegiorum, *Conſuetudinum*, *Immunitatum*, *Prærogatiuarum*, *&* Exemptionum *dictæ Eccleſiæ, & Ciuitatis, prout potiti ſunt pro præterito*; *libenter dictus D. Procurator*, *nomine ſui* Principalis, *promiſit ea*, *& eas obſeruare*, *& obſeruari facere*, *&c.* Prout hæc, & alia diffuſiùs apparent ex dictis Publicis Inſtrumentis: quibus me refero. *Et in fidem*, *&c. Ego D. Io. Gregorius* Auantagia *Notar. Apoſt. &c.* In *Ciuitate Montis S. Angeli*. Die 22. Februar. 1644.

Loco † Signi.

SCHOLION AD PRÆCEDENS.

EAdem reſpondeo, quæ in proximo præeunte Scholio B. dixi in ſimili. Hic ſuperaddo; hunc Actum per Procuratorem, Archiepiſcopum Caracciolum, non ſolum ratihabere noluiſſe (vt vides ex non deducto Inſtrumento, quòd non habent) ſed Garganicum Capitulum ſalutari pœna caſtigauit, ob contumaciam erga Metropolim Sypontinam, ſpretaſque Cenſuras, ab ea idcircò promulgatas: quod notorium eſt in Diœceſe: & familiari Teſte, Sacerdote Diœceſano, probatur in Actis Aud. Cam. *penès Notar. Floridum*: & in Tranſumpti, quod producimus, *pag. 22. à terg.* Et in Memor. Sypontin. *pag. 51. O §. vltimo*: vbi tamen, reuerentiæ ergò, integrum teſtimonium in hac re typis non tradidimus.

Inter cætera Instrumenti Ingressus in Ecclesiam Garganicam Procuratoris Horatii de Molaria Archiepiscopi.
Anno 1630.

E*GO INFRASCRIPTVS Notar. Apost. fidem facio, qualiter perquisiui Acta publica* Notarij Laurentij Bonioannis, Garganici: *& in Protocollo* Anni 1630. *fol.* 108. *inueni sub* Die 11. Maij, *in publico testimonio constitutus D. Cæsar Brancia Fogianus, Procurator ad infrascripta Illustrissimi, & Reuerendissimi D.* Horatij de Molaria, *Romani*, Archiepiscopi Sypontini vigore Breuis Apostolici, *sub Datum Romæ* 26. *Februar.* 1630. *cum Regio* Exequatur, *mediante Mandato Procurationis manu Laurentij Beneuenci, sub Die* 28. *Februarij* 1630. *Qui intendens Possessionem dicti Archiepiscopatus adire in Ecclesia* Cathedrali *Garganica; iuxta solitum; & pro exequutione, & obseruantia Bullarum SS. Pontificum Romanorum ALEXANDRI III. BONIFACII IX. pro Vnione Ecclesiæ Garganensis cum Sypontina, & IVLII III. positus in Sede Archiepiscopali marmorea dictæ* Cathedralis *Ecclesiæ, præsentauit dictus* Procurator *Breue, & Regium* Exequatur, DD. *Dignitatibus, & Canonicis, & MM. de Regimine eiusdem Ciuitatis ibidem congregatis. A quibus* Dignitatibus, *& Canonicis, in signum Possessionis dicti Archiepiscopatus in dicta* Cathedrali, *eidem D. Procuratori exhibitæ fuerunt claues dictæ Ecclesiæ: & præstita fuit obedientia, &c. & ab eis, & à dictis de Regimine nomine Ecclesiæ, & Ciuitatis fuit petita obseruantia Priuilegiorum, &c. prout pro præterito ijs petita fuerunt. Qui promisit illa, & illas obseruare, & obseruari facere, &c.* D

Inter cætera alterius Instrumenti super Ratihabitione Archiepiscopi eiusdem de Molaria. Anno *eodem 1630.*

E*T in eodem Protocollo Anni* 1630. *fol.* 182. *sub* Die vltima Iunij *Illustrissimus, & Reuerendissimus D. Horatius de Molaria, Romanus*, Archiepiscopus Sypontinus, *Pontificalibus indutus, sedens in Archiepiscopali Sede marmorea* Cathedralis *Ecclesiæ Garganicæ, associatus à RR. Dignitatibus;*

& Ca-

& Canonicis ipsius, & à MM. de Regimine, & Populo dictæ Ciuitatis, volens iuxtà consuetudinem antiquam reiterare actum Possessionis d. Archiepiscopatus dictæ Ecclesiæ Cathedralis *Garganicæ, alias adeptæ à suo Procuratore, ratificauit dictum Actum, & promisit obseruare Priuilegia dictæ* Cathedralis *Ecclesiæ dictæ Ciuitatis, &c.* Prout hæc, & alia clariùs apparent ex dictis Publicis Instrumentis: quibus me refero. *Et in fidem Ego D. Io.* Gregorius Auantagia *Notar. Apost. &c. In Ciuitate Montis S. Angeli*. Die 22. Februar. 1644.

Locus † Signi.

SCHOLION AD PRÆCEDENTIA.

IAm satis respondi paulò ante, in simili, *hoc Numer. in Scholio. litt.* B. *vide ibi.*

NVMERVS X.

Electiones Vicariorum factæ Sede vacante per Capitulum Garganicum.

Electio Vicarii Capitularis, à Garganicis, post obitum Annibalis Ginnasii Archiepiscopi. Anno 1622.

A CAPITVLVM *Garganicum, Sede vacante. Nos Canonici, Dignitates, & Capitulum* Cathedralis *Ecclesiæ S. Michaelis Archangeli Ciuitatis Montis S. Angeli in Monte Gargano, Sede vacante per obitum bon. mem. Illustrissimi, & Reuerendissimi Annibalis Ginnasij* nostri Archiepiscopi. *R. D. Francisco Verrois V.I.D. Canonico nostræ* Cathedralis *Ecclesiæ salutem, &c. Cum, ex SS. Canonum dispositione, Ecclesiarum* Cathedralium *Capitula, in deficientiam Episcoporum subrogentur. &c. Ne igitur supradicta Ecclesia, nostri culpa, &c. aliquod detrimentum patiatur, Nos dictis SS. Canonibus, & S. Concilij Tridentini Decretis obtemperare volentes, &c. Te R. Dom. V.I.D. Franciscum Antonium Verrois, &c.* Generalem in Spiritualibus, & Temporalibus, Vicarium *nostrum,*

ſtrum, in prædicta Eccleſia Cathedrali, & Ciuitate, deputamus, &c. Datum Die 6. Ianuar. 1622.

Alterius Vicarii Electio, post mortem Ioannis Ioannini Archiepiſcopi. Anno 1622.

NOS CANONICI, *Dignitates, & Capitulum* Cathedralis *Eccleſiæ* S. *Michaelis Archangeli Ciuitatis Montis Gargani, Sede vacante per obitum bon. mem. Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi D. Ioannis Ioannini* Archiepiſcopi noſtri. *Reu. V. I. D.* Leonardo Decorato Archipresbytero Cathedralis *Eccleſię ſalutem, &c. Cum ex SS. Canonum &c. Datum &c.* Die 11. *Nouembris* 1622. B

Alia Electio facta post obitum Bernardini Buratti Archiepiſcopi. Anno 1628.

C*APITVLVM Garganicum, Sede vacante. Nos Canonici, Dignitates, & Capitulum* Cathedralis *Eccleſiæ S. Michaelis Archangeli Ciuitatis Montis Gargani, Sede vacante per obitum bon. mem. Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi D. Bernardini Buratti* Archiepiſcopi noſtri. *Ad. R. D. Virginio Pellegrino Archidiacono dictæ* Cathedralis *Eccleſiæ ſalutem, &c. Cum ex* SS. *Canonum &c. Datum &c.* Die 14. Aprilis 1628. C

Electio poſt mortem Andreæ Caraccioli Archiepiſcopi. Anno 1629.

C*APITVLVM Garganicum, Sede vacante, &c. Nos Canonici,* Dignitates, *& Capitulum Cathedralis Eccleſiæ* S. *Michaelis Archangeli Ciuitatis Montis Gargani, Sede vacante per obitum Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi D. Andreæ Caraccioli* Archiepiſcopi noſtri. *Adm. R. Dom. V. I.* D. Leonardo Decorato *Archipresbytero dictæ* Cathedralis *Eccleſiæ ſalutem, &c. Cum ex SS. Canonum &c. Datum &c.* Die 14. Decembris 1629. D

SCHO-

SCHOLION AD PRÆCEDENTES.

HArum quatuor Electionum prima, & tertia, sunt exempla extracta è priuato Archiuio Garganico, & approbata à consueto Notar. Garganico *Auantagia*, Parte non citata: non recognita, &c. Cœteræ nescio an sint Originales.

Ex ijs dignosces, Garganicos, contentos antea de inani quadam Cathedralitatis, & Ciuitatis, tantùm dènominatione, ab Anno primùm 1622. (post Manfredoniam, eiusque Scripturas, Anno 1620. Turcarum incendio deuastatas) Capitularis Vicarij in propria Terra pseudoelectiones vsurpare tentasse. Quod ex eo indubitatum apparet: si enim iam olim Electiones huiusmodi alias fecissent, saltem vnas, aut alteras nunc haberent, & deducerent, in eandem Electionis sententiam, literas, e solemni, quod iactant, & antiquo, Garganicæ Ecclesiæ Archiuio: quod combustionem, sicuti Sypontinum, passum non est.

Neque obstat, quòd, hanc obiectionem declinare conantes, quatuor Garganicos testes, Anno eodem 1622. sequenti proxima Die (7. scilicet Ianuarij) post peractam primam Electionem, ad testificandum impulerint de anteacta altera Electione in proxima Sede vacante, Anno 1586. post mortem Iosephi Sapia Archiepiscopi; cui successit Dominicus Ginnasius, deinde Cardinalis: *quos testes vide infra Numer. XIII.* quia (circumscripto quòd sit vnica tantùm altera Electio, & de præteritis quàm pluribus non doceant) testificationem illam ab omni veritate secedentem affirmamus: & insuper inualidam; tanquam clandestinè peractam, absque Iurisdictione, Parte non citata, interueniente ipso Pseudouicario Garganico à Sypontino Vicario excommunicato; extractam e priuato Garganicorum Archiuio Parte inscia, à Notario Garganico, nec recognitam; & à Garganicis (ex capitulo, vel conterranèis) testibus, sibi etiam contrarijs, & omni iure, & tempore suspectissimis editam.

Qui tam fictè nuper testati sunt super vsu Mitrarum (*vt suprà Numer. 6. lit.* H. *in Schol.*) Decretum S. Rituum Congregationis *Collegiata* in *Cathedrali* mutantes deprauarunt (vt in Memor. Sypontin. *pag.* 33 C. *& pag.* 4. *in Admonit.*) Epitaphium Annibalis de Molaria Archiepiscopi, & literas Card. Io. Castelle etiam adulterarunt: (*vt in Memor. Sypontin. pag.* 34. F. *&* G. *& in hoc Summar. Numer. 6. lit.* C.) Et olim Literas Eugenij Papæ abradentes corruperunt, testificantibus ipsis Innocentio III. & Alexandro III. Pontificibus (*vt in Memor. Sypontin. pag.* 2. C. *& pag* 6. N.) Et tandem quænam est eorum assertio in toto hoc Summario, quæ fictionis vitio non laboret?

Adde, quòd hoc ipsum insuetum, & affectatum Testificationis Actum, de quo loquimur (*& habes infra Numer. XIII*) tentatæ vsurpationis præsumptionem infert: si enim in antiquissima erant, vt sæpè dicunt Garganici, Cathedralitatis Possessione, & Exemptione à Metropoli Sypontina; qua ratione, & necessitate, Canonicam, & consuetam, vt supponunt, Vicarij Electionem hoc Testium examine sustinere opus erat; & ita in dubium reuocare?

Vtcunque sit, sufficit respondere, hæc Electionum Acta fuisse à Sypontino Capitulo impugnata, Censuris contra Garganicos Pseudouicarios, *toties*, *quoties*, emissis: vt probatur per decem, & septem Contestes Diœcesanos (in Actis Aud. Camer.) *de visu* testificantes super Cedolonibus per totam Diœcesim publicatis, & ab eorum aliquo sua manu affixis: vt in Memor. Sypontin. *per totum Numer.* 8. vbi in margine adest notula *Censura in Garganicos*. Vulgato est enim iure receptum, ex Actibus impugnatis non acquiri Possessionem, vel quasi; maximè deficiente Titulo: quem nullum habere Garganicos iam satis ostendi in hoc ipso Summar. *præcipuè Numer.* 3. *in Schol.*

Et insuper dicendum, quòd sint Acta nouissima; post motam litem, quę incępit An-

pit Anno 1607. (*vt infrà Numer.12.*) & , quoàd has pseudoelectiones præcisè , repetita criminaliter Anno 1643. *vt in Memor. Sypontin. pag* 38. Et quatenùs non essent post motam litem , non suffragarentur tamen Bullę Bonifacij IX. instituentis Cathedralem Garganicam : quia obseruantia Literis Apostolicis debet esse proxima ; nec peti potest à remotis : maximè contra habentem Iuris assistentiam : vt alias citando probauimus in hoc Summar. *Numer.* 3. *in Schol.* §. *Neque obstant.*

NVMERVS XI.

Epistola Cardinalis Ginnasij. Ann. 1628. *Directa Capitulo Garganico.*

M*RR. SS. Hò visto quanto le SS. VV. mi scriuono intorno al* Vicario Capitulare. *Et in risposta le dico, che si conseruino nel loro* Possesso. *Ringratiandole della memoria, &c. Roma*, li 13. Maggio 1628.

Al piacer delle SS. VV. Il Cardinal Ginnasio

In calce. Alle Dignità, & Canonici di Monte S. Angelo.

SCHOLION AD PRÆCEDENTEM.

HÆc Epistola est responsiua , & relationem habet ad præcedentem Garganicorum Epistolam , & surreptitiam assertionem . Et de quo *Vicario* (Garganico , scilicet , an Sypontino) ac de qua *Possessione* intelligendum sit, ambiguè patet. Scripta fuit à Secretario Cardinalis ; isto fortassè non aduertente , & graui senio laborante.

Quicquid sit , est Actus extraiudicialis , leuis momenti , & singularis . Et in concursu attendenda sunt Acta eiusdem Cardinalis solemniora , & Iudicialia . Vide (*in Memor.Sypontin. pag.*30. D.) Cardinalis eiusdem Relationem Concistorialem : in qua vnicam tantum asserit *Cathedralem Sypontinam , sub inuocatione S.Laurentii* : & inter *Pagos Sypontinæ Diœcesis* enumerat *Montem* S. *Angeli*. Vide hic Romæ , in Ecclesia S.Mariæ super Mineruam ; vbi in conspectu Suggesti , in propiori Aræ maximæ columna , & Epitaphio , se inscripsit *Archiepiscopum Sypontinum* tantùm : quod in Domus Garganicæ alio Epitaphio item apparet (*vt in Memor. Sypontin. pag.*35. G.) & in Epitaphio Sacelli Archiepiscopalis Palatij Sypontini . Vide , *in sequenti Numer.XII. liter.* B. Præceptum eiusdem Card. Ginnasij Vicario Garganico, vt ab vsurpato Officio abstineret . Cœtera , quæ dici possent, prætermitto.

NV-

NVMERVS XII.

Monitorium Audit. Camer. pro Manutentione Vicarii Garganici, & Exemptione à Iurisdictione Generalis Vicarii Sypontini. Datum Anno 1607.

A PETRVS *Paulus Crescentius, &c. Curiæ causar. Cam. Apost. Auditor, &c. Noueritis, nuper fuisse coram Nobis pro parte, &* ad instantiam RR. Capituli, & Canonicorum Cathedralis Ecclesiæ S. Angeli, *Montis S. Angeli* Sypontin. *&c. comparitum, & expositum: Quòd licet ipsi ab immemorabili tempore citrà fuerint, &* sint liberi, immunes, & exempti ab Ecclesia Manfredoniæ, *vulgariter nuncupata Sypontina,* & à Iurisdictione dictæ Ecclesiæ, *eiusque Vicarijs,* sed immediatè subditi, & subiecti Reuerendissimo D. Archiepiscopo Sypontino, *pro tempore existenti; solitique semper fuerint habere proprium Vicarium, prout de præsenti habent D. Leonardum Decoratum, &c. qui semper in dicta immemorabili possessione fuit, & existit de præsenti, faciendi omnia, & quæcunq; Officia, & munera, & exercendi Iurisdictionem in omnes Presbyteros, Clericos, & alios subditos dictæ Ecclesiæ* Cathedralis *Montis S. Angeli, &c. Et omnia alia munia faciendi, quæ Vicarij Generales in proprijs Ciuitatibus, &* Diœcesibus *exercere soliti sunt, & propterea de, & super præmissis* molestari non debuerunt, *nec debuerant. Nihilominùs R. D. Victorius del Sodo, assertus Vicarius Generalis Sypontinus, seu Manfredoniæ, nescitur quo iure suffultus ausus fuit decernere pœnale præceptum, & Monitorium, tam contrà R. D. Leonardum* Decorato *Archipresbyterum, & Vicarium, quàm contrà* R. D. *Stephanum Mazza Primocerium Montis Garganici, &* S. Angeli; *& contrà D. Tiberium de Nardinis, eiusdem Ciuitatis; quatenùs sub pœna, &c. deberent personaliter ad eum accedere, &c. & sub eisdem pœnis, contra dictum R. D. Leonardum ne ingerere posset in Officio suo Vicariatus sub comminatione censurarum, &c.* Quæ omnia cum tendant ad annullationem, & tollendam Iurisdictionem dictorum Capituli, & Canonicorum;

corum ; & ad faciendum eos subiectos dictæ Ecclesiæ Manfredoniæ , *in maximum praiudicium* , *& iacturam eorundem* , *ac suorum iurium: ideò sentierunt sese ex pramissis*, ac alijs suo loco, & tempore deducendis , *multipliciter enormiterque læsos* : timentesque in futurum magis lædi , *& grauari posse* : *à supradictis Decretis* , *seu praceptis* , *vt dicitur fecisse* , *ac comminatione Censurarum* , *ac toto penitùs desuper fabricato processu* , *omnibusque grauaminibus*, *&c. coram Nobis appellarunt*, *reclamarunt* , *ac* de nullitate dixerunt . *Nosque* appellationem *huiusmodi* , *si & in quantum de iure admittenda* , *admittimus* . *Cuius quidem Sententia* , *seu precepti . tenor talis est* , *videlicet*

Sacristis , & Seruientibus nostris , nostræque Archiepiscopalis Curiæ , &c insolidùm requirendis , committimus , & mandamus , vt qui primus eorum fuerit requisitus , &c. citet D Leonardum Decoratum Archipresbyterum , D.Stephanum Mazza Primocerium Garganicum , & D. Tiberium Nardinis Montis S.Angeli , sub pœna vnciarum Auri 50. pro quolibet , & Excommunicationis in subsidium , quatenus ad primam iuris pracisè , & peremptoriè , personaliter coram Nobis compareant : & quilibet eorum compareat N. I. Nostramque Curiam Archiepiscopalem informaturi, super nonnullis arduis negotijs mentem Nostram mouentibus:& signanter super nonnullis arduis causis contentis in Literis Illustrissimi , & Reuerendissimi D.Cardinalis Nobis transmissis ; & insuper eadem pœna, & Ordinatione Illustriss. & Reuerendiss. D. Cardinalis præcepit dicto D. B Leonardo ? vt ex nunc in antea *minimè* , *nec modo aliquo ampliùs se intromittere debeat in Officio Vicariatus Garganici* . Verùm si in dicto termino non paruerint præsentibus Nostris Mandatis tunc moneantur, prout ex nunc illos monemus , vt per totam sequentem Diem , etiam præcisè , & peremptoriè compareant , ad videndum se condemnari ad dictam pœnam , & se excommunicari , & cedolones affigi subsequenter .

Cum ydem DD. appellantes *huiusmodi* appellationem *prosequi intendant* , *de opportu.a* Citatione , *cum* Inhibitione *requisiti* , *Vobis omnibus supradictis committimus* , *&c. quatenùs statim visis Prasentibus* D. *Promotorem Fiscalem Curia* Archiepiscopalis Sypontinę , *& omnes alios* , *& singulos*, *&c. in eorum proprijs Personis* , *&c. alioquin in Cathedrali Ecclesia* , *&c. peremptoriè* citetis , *&* citari *curetis* : *prout Nos* citamus *per Prasentes* , *quatenùs vigesima Die* , *&c. compareant Roma in Iudicio legitimo coram Nobis*, *vel nostro in Ciuilibus Locumtenente*, *&c.* vsque ad Sententiam Diffinitiuam *inclusiuè processuri* : nec non ad videndum ipsos DD. instantes manuteneri , & conseruari in pacifica , & quieta Possessione , Libertate , Immunitate , & Exemptione ab Ecclesia Manfredoniæ ,

doniæ ,

doniæ, *vulgò nuncupata Sypontina*: & à Iurisdictione dictæ Ecclesiæ, eiusque præsentis Vicarij: atque faciendi omnia, & quæcunque Officia, & munia, & exercendi Iurisdictionem in omnes Presbyteros, & Clericos, aliosque subditos dictæ Cathedralis Ecclesię S. Angeli, quietè, & liberè; dando licentiam Sponsis originarijs dictæ Ciuitatis, ac incolis, & aduenis ducendi vxores: omniaque alia faciendi munia, & exercitia, quæ Vicarij Generales in proprijs Ciuitatibus, & Dioecesibus facere, & exercere consueuerunt, *&c. Et insuper* inhibeatis, *prout Nos* inhibemus *D. Procuratori Fiscali, omnibusque alys supradictis, &c. nec non dicto R. D. Vicario Sypontino, &c. ne visis Præsentibus, &c. audeant Instantes prædictos, & insuper præm[illegible]s quoquomodo molestare, &c. In quorum fidem, &c.*

Datum Romæ &c. Anno Domini 1607. Indict. 5. Die 19. Decembris. Pontific. S. D. N. Pauli PP. V. Anno III.

Dominicus Amodeus Notar. *M. Bur. Tud.*

SCHOLION AD PRÆCEDENS.

HAnc Scripturam nimis diminutam deducebant Garganici in Summario prius tradito: idcircò, opinor, quia ipsis valdè contraria est quoad multa: & nescio cur (sicut de alijs) non suppresserint. Ex ea namque dimidium, & vltra, Summarij huius euanescit. Omnia namque Acta post Annum 1607. quo datum est hoc Monitorium, quæ plurima hic congeruntur, *Attentata* sunt; & nullius Sypontinis præiudicij; vti ædita mala fide, & lite pendente. Quòd litis introductionem, & pendentiam, hoc Monitorium inducat, patet primò ex *Appellatione* in eo interposita: quæ aliquales Actus, & Iura, ex Parte aduersa, necessariò supponit; & litis pendentiam, absque controuersia inducit. Sed, quatenus *Appellationem non* [illegible] litis pendentiam, & Attentata, quoad Actorem, sola *Citatio*, & multo magis *Inhibitio*, etiam si non essent executa. Hanc Conclusionem, vt firmem, verba referam ipsius Rotæ apud Burat. *Decis.* 262. *num.* 2. *& seqq.* quæ adamussim faciunt pro Sypontinis

„ Citatio *non executâ* facit *Litem*, & *Attentatum*, quoad Obtinentem. Rot. *Decis.* 4.
„ *vt lit. penden. in antiq.* Cassad. *Decis.* 6. *n.* 3. *super Regul. Cancell.* Cum pluribus
„ per Lancell. *de attent. cap.* 4. *in præfat. num.* 36. *& seq.* Et ideò dicta Possessio tan-
„ quam capta lite pendente, est *attentata*. Rota *Decis.* 10. *vt lit. pend. in nouis.* Nat.
„ *Cons.* 568. *n.* 4. Lancell. *de attent. d. cap* 4. *num.* 298. *& seqq.* Et fuit dictum in
„ Palentina, & Oxomen. *Beneficior.* 18. *Martii* 1591. *coram Penia.* Nec est manute-
„ nibilis; idem Lancell. *cap* 31. *num.* 184. *&* 185. Et fuit dictum in Vigluanen.
„ *Iurispatronatus* 10. *Iunii* 1609. *corã Ludouis.* Quę *Attentata* non cadunt in possessio-
„ ne Rei, cui dictum Decretum Auditoris Cameræ non fuit intimatum. Clem.
„ *fin. vt lit. penden.* Rot. *Decis.* 1. *n.* 15. *&* 16 *part.* 2. *diuersor.* Lancell. *d. cap.* 4. *in*
„ *præfat. num.* 35. Tùm etiam, quia possessio dicti Rei est iustificata ex Titulo: &
„ ideo præferenda. Felin. *in cap. licèt causam n.* 9. *vers. quarta causa, de Probat.*

F Huc

Hususquè Rota apud Burat. vt supra. Sed vide etiam in terminis, Rota Part. 2. volum. 1. Diversor, Decis. 42. num. 19. & seqq. vbi concluditur his verbis: *Quoad Actorem, in cuius odium, ex solo Decreto Citationis, absque eius executione, dicitur vera lis introducta*: vbi aliæ Decisiones, & innumera Iura citantur. Vide etiam Rot. in *Salmantina Mediæ portionis. 1. April. & 3. Iunii 1583. coram Gypsio*, Rom. Cons. 330. *circa primum, col. 2. n. 2. ad fi. vers. illud autem certum est*. Felin. *in c. super literis. col. 9. ad med. n. 13. vers. dicit autem de rescript.* Dec. *in cap. 1. n. 13. eod. tit.* Et Mandos. *Reg. 34. nu. 37.* vbi dicit quòd per Citationis Decretum quis desinit esse possessor pacificus, adeo vt nec iuuetur Regula de Annalis cum Lis verè dicatur pendere.

Et quòd Monitorium æquiparetur Citationi, & habeat vim illius; & ob id litis pendentiam inducat, vt nihil debeat innouari, etiam ad effectum attentatorum, tradit Rota, *Decis. 454. n. 4. & seq. par. 1. recent.* Coccin. *Decis. 492. n. 7. & seq.* Burat. *Decis. 109. num. 1.* Mandos. *de Monit. quæst. 17. num. 4.* Immò quòd de stilo in A. C. Tribunali iudicium inchoetur à Monitorio. Rota *Decis. 123. n. 6. part. 9. recent.* Salust. Tiber. *in prax. lib. 1. cap. 1. n. 3.* Adde quòd Monitorium fit loco libelli. Idem Salust. Tiber. *in Prax. lib. 2. cap. 8. n. 11.* Put. *Decis. 17. de re iud.* Gregor. *Decis. 335. n. 16.* Rot. *Decis. 4. n. 24. part. 7 recentior.* licèt in hoc Monitorio Citatio expresè, vt vides, habeatur.

Porro notandum est, in hoc Monitorio esse primò, & principaliter à Garganicis intentam Actionem super Immunitate, Cathedralitate, & Exemptione ab Ecclesia Sypontina: quod est id ipsum, quod controuertimus. Patet ex toto tenore, & in præinserta Instantia, & Decreto Citationis: prout præcipuè vides in textu quadratis literis descripto.

Merlin. decis. 702. à num. 15. usq. ad 35. Gratian. Discept. 85.

Alia ratione hoc Monitorium est Garganicis aduersum: cum ex eo indubitanter probetur *Possessio*, vel *Quasi*, Iurisdictionis (multò magis contradictio) Sypontinorum in eos: & consequenter nulla apparet Garganicorum pacifica Possessio Exemptionis, quam frustrà iactant, & prætendunt. Pro qua Conclusione verba ipsa referam Ridolphin. *in Prax. part. 2. cap. 4. n. 54.*

" Non omitto, Monitorium de dimittendo Possessionem, licèt in eo Possessio
" huiusmodi vitiosa narretur, probare Possessionem Rei concedenti, contra eum,
" qui huiusmodi Monitorium impetrauit. Rota *Decis. 802. n. 1. part. 1. diuers.* Burat.
" *Decis. 252. n. 1. & decis. 648. n. 7.* Gregor. *Decis. 458. n. 3. & seqq.* in quibus dicitur
" hoc procedere etiam ad effectum obtinendi Mandatum de Manutenendo.

Hactenus Ridolphinus. Neque officit, quòd lis non appareat continuata: quia hoc ipsum arguit contra Garganicos: cum ex vi ... etiam actu non prosecutionis contrahiretur dolus. *l. Dolum. C. de dolo.* Achil. *Decis. 7. vt lit. pend. n. 2.* Et cum in ... feudoelectionibus Vicarij Capitularis intentatis vexati fuerint, & excommunicati, Garganici à Vicario Metropolitano Sypontino, & semper, & vbique impugnati (*vt in Memor. Sypontin. per tot. Num. 8. & alibi*) qua ratione litem deseruisse censendum; nisi quòd in vi, & vsurpatione totum consistere Exemptionis fundamentum agnouerant. Quod ipsa Veritas est.

Et licèt, quando constat de aliquo iure probabili, instantia de iure Canon. duret vsque ad 30. annos (Achil. *eod. tit. & decis. 7. n. 2. 3.* & alij Doctores) Nihilominùs tamen lis censetur extincta contra deserentem, etiam spatio 10. annorum, si constet de non iure. Cabad. *Decis. 5. vt lit. pend.* Idem Achil. *Decis. 3. eod. tit.* qui citat Rotam, &c. Cœterum de non iure Garganicorum satis constat ex dictis in Scholijs huius Summar. & in Memor. Sypontin. & alibi. Vbi præsertim apparet nullum eos habere Titulum. Vel ergo lis contra eos censebitur extincta; vel saltem 30. annos durasse litis pendentiam, & attentata, &c.

Hæc tamen omnia potiùs pertinent ad Possessorium, quàm ad Petitorium, in quo magis sumus. Et sufficeret alias dixisse: extincto Titulo, nec quasi possessionem suffragari. Seraphin. *Decis. 6. R.*

NVME-

NVMERVS XIII.

Testes examinati à Vicario Capitulari Garganico; Die 7. *Ianuarij* 1622. super Electione Vicarij Capitularis Anni 1586. post mortem Iosephi Sapiā Archiepiscopi.

Primus Testis.

NICOLAVS *Thomas Pistoia*, Ciuitatis Montis S. Angeli, *ætatis suæ annor. 62. in circa, &c. Interrogatus: Se sape, che à tempo, che vacò la Sede Sipontina per la morte del quondam Monsignor Giuseppe Sapio, olim* Arciuescouo Sipontino. *il R. Capitolo Garganico elesse da per se, e separatamente il Vicario Capitulare.* Respondit. *Che esso Testimonio sà, come à tempo morse detto Arciuescouo Gioseppe Sapio, che haurà da anni 35. in circa, se mal non si ricorda, il detto Capitolo Garganico elesse per Vicario Generale D. Alonzo Marino, Archidiacono Garganico, & esercitò la Giurisdittione pacificamente, insino à tanto fù prouisto l'Arciuescouato in persona dell' Illustriss. e Reuerendiss. Signor Domenico Cardinal Ginnasio: e gouernò in detto tempo la Chiesa Garganica: e faceua, e disponeua, come ogn'altro Vicario Generale per lo passato, senza nessuna contradittione.* De causa scientiæ: *Quia scit, hauendomi interrogato, audiuit, & interfuit.* De loco, & tempore, *vt suprà, essendo all'hora Clerico Garganico &c.*

Secundus Testis.

IOANNES *Bernardinus Petrillus*, Ciuitatis Montis S. Angeli, *Ludorum Magister, Aetatis annor. 58. in circa &c. Interrogatus &c.* Respondit, *Che sape benissimo, come à tempo morse detto Arciuescouo Sapio, che hauerà da anni 35. in circa, il R. Capitolo Garganico, da per se, e separatamente, elesse il*

se il q. D. Alonzo Marino Vicario Capitulare, e Generale di questa Città: il quale era Archidiacono, e Vicario *Garganico: e quietamente, e pacificamente esercitò l'officio, e Giurisdittione di detto Vicario Capitulare, per insino à tanto fu eletto Arciuescouo* Sipontino *il Signor Domenico Ginnasio, al presente Cardinale: e durante detto tempo, gouernaua la Chiesa Garganica, e faceua, e disponeua, & esercitaua detta Giurisdittione, come ogn'altro Vicario Generale per lo passato.* De causa scientiæ. *Quia scit, hauendo negotiato con detto D. Alonzo Vicario Capitulare: audiuit, & interfuit come Cittadino, & euidenter, hauendo visto esercitare detta Giurisdittione.* De loco, & tempore: *vt supra, &c.*

Tertius Testis:

HIERONIMVS *Viscus*, Ciuitatis Montis S. Angeli, *ætatis suę annor. 65, in circa. Interrogatus &c.* Respondit. *Che esso Testimonio non sape altro, se non che all'hora, che morse detto Monsignor Sapia, che haurà da anni 35. in circa, si trouo Vicario Garganico il q. Alonzo Marino, Archidiacono Garganico: e detto Alonzo esercito la Giurisdittione di Vicario Capitulare in questa Città.* Ma non sò se l' elegesse lo Capitolo Garganico. *Ma per fino, che la Sede* Sipontina *fu prouista d'Arciuescouo (che fu impetrato dall'Illustriss. e Reuerendiss. Sig. Domenico Ginnasio, hoggi Cardinale) esso Testimonio sà benissimo, che il detto q. Alonzo Marino gouernaua la Chiesa Garganica pacificamente, e quietamente, e faceua, e disponeua, & esercitaua la Giurisdittione, come ogn'altro Vicario Generale per lo passato, senza contentione alcuna: e sà ancora, come durante detto tempo lo Vicario eletto in Manfredonia non s'intrigo in cosa alcuna in questa Città.* De causa scientiæ. *Quia scit, hauendo più volte negotiato con detto D. Alonzo di diuersi negotij concernenti detta Giurisdittione: audiuit, & interfuit.* De loco, & tempore. *vt suprà.*

Quartus

Quartus Testis.

REV. STEPHANVS *Mazza*, Ciuitatis Montis S. Angeli, *Sacerdos, & Primocerius Garganicus, Aetatis suæ annor. 60. in circa. Interrogatus &c.* Respondit. *Che esso Testimonio sà bene, & haurà da 35. anni finiti alli* 14. Nouembre *prossimo passato, del* 1621. *per la morte del qual Arciuescouo lo detto Capitolo elesse, e separatamente, in presenza di esso Testimonio (essendo all'hora Diacono) il R. q. D. Alonzo Marino per Vicario Capitulare, à quel tempo Archidiacono,* e Vicario Garganico: *lo quale* D. *Alonzo esercitò detto officio quietamente, e pacificamente, senza perturbatione alcuna, insino a tanto la Sede predetta fù prouista d'Arciuescouo: che fù il Signor Cardi nal Ginnasio: e durante detto tempo, detto Vicario Capitulare eletto per detto Capitolo amministrò, e gouernò la Chiesa Garganica: e faceua, e disponeua, come ogn'altro Vicario Generale per lo passato, senza che s'ingerisse lo Vicario eletto dal Capitolo di Manfredonia.*

De causa scientiæ. *Quia scit: perche esso Testimonio ordinato del Sacerdotio nelle quattro Tempora delle Ceneri, detto Vicario Capitolare gli diede licenza di possersi ordinare: la quale non fù valida; atteso che infrà annum, Sede vacante, nullo Vicario Capitulare puo dar licenza d'Ordinare, &c. che dopo fù ordinato dall' Illustriss. e Reuerendiss. Signor Cardinal Ginnasio Arciuescouo* Sipontino, *nel Sitientes &c. e per esser stato presente all'Elettione di detto Vicario, audiuit &c.* De loco, & tempore. *vt suprà.*

A. Bonioanne Actuarius, de Mandato &c.

Hoc examen fuit receptum per me Notarium *Laurentium A. Bonioanne Garganicum*, fideliter coram Ill. & Reu. D. Generali Vicario Garganico Capitulari, ob vacationem Sedis Archiepiscopalis *Garganica*, ob mortem Archiepiscopi Annibalis Ginnasij. Et in fidem &c.

Extracta est præsens Copia ab eius proprio Originali, existenti in Archiuio Cathedralis Ecclesiæ S Michaelis Archangeli mihi exhibito, & exhibenti restituto, &c. Et in fidem Ego D. Gregorius Auantagia Notar. Apost. &c. in Ciuitate Montis S. Angeli.

SCHO.

SCHOLION AD PRÆCEDENTES

HOs Testes sufficienter reprobauimus suprà *Numer.* X. *in Schol.* §. *Neque obstat*. Ad quem locum recurre. Paucis repeto, esse Testes Conterraneos S. Angeli, qui nullatenùs probant *l.1. C. de Testibus.* Aret. *Cons.*140. *n.*22. Baldus *Consil.*227. *n.*2. Adde quòd Actuarius fit Notarius *A. Bonioanne* Garganicus: qui (*vt suprà Num.VI lit.*C.) adulterinas literas Ioannis Castellç Cardinalis approbauit, & extraxit è solemnissimo, quod dicunt, Ecclesiæ Garganicç Archiuio: ex quo etiam hæc Testium Acta deducta sunt. Insuper hæc Scriptura non est in forma: quia è priuato dicto Archiuio, & suspectissimo, extracta est ab alio Notario *Anantagia* Clerico Garganico, lite pendente, Parte non citata, non est recognita &c. Testes item ij sunt examinati Commissione ipsius Pseudouicarij Garganici, Iurisdictionem nullam habentis: quique Pars principalis, & suspecta, erat in Causa, ob Censuras à Sypontino Vicario contra eum promulgatas: *vt in Memor. Sypontin. Numer VIII.* Præter quam sint Acta, & Attentata à Garganicis Lite pendente: quç ab ipsis introducta est Anno 1607. *vt in proximo superiori Numero XII.*

Et, quòd a Veritate dissentiant, patet *primò*: quia Electionis Literas nec habent, nec producunt Garganici; prout faciunt de alijs ab Anno 1622. quo Pseudoelectiones vere tentare cçperunt, post Manfredoniam à Turcis Scripturis priuatam. Ostendant, amabò, Garganici vnum, aut alterum quodcunque instrumentum, vel Acta; in quibus ab Anno 1622. supra, *Garganicus* quoquomodo Capitularis Vicarius appareat Mandans, vel subscriptus. Certè, si haberent, vndique hoc Summarium repleuissent. *Secundò*, pacificç, vt dicunt, dictæ huius Electionis Anni 1586. testificatio falsa apparet ex Sypontinorum validis Probationibus: & præcipuè Relationibus Concistorialibus, inter quas [illegible] eodem Anno 1586. in Electione ad Archiepiscopatum eiusdem Card. [illegible] vbi Vicariam esse Sypontinam Metropolim, & Garganicam Terram Sypontinæ Diocesis [illegible], per legitimos Testes, & Acta in Romana Curia, [illegible] probatur. *in Memor. Sypontin. Numer. VI liter.* B *præsertim*. *Tertiò*, violenti Præsumptione arguitur falsa hæc Testificatio: quis enim [illegible] Sypontinorum Iuribus, & acerrimis contrà Garganicos oppugnationibus, obstinatis, hanc Pseudoelectionem (si euenisset) patienter, & pacificè, vt dicunt, Sypontinos tulisse opinabitur? *Quartò* accedit iam diu experta Garganicorum [illegible] super fictis in hac Causa Testimonijs. *vt suprà indicaui, Numer X. in Schol.* §. *Neque obstat. in fin.* Et vulgare est Dictum: Quòd falsus in vno censetur in cunctis. Cum ergò euidenter falsò dicant illi Testes de Sypontinorum Patientia, vel Consensu in hac Pseudoelectione: ita de Pseudoelectione ipsa perperam testificasse præsumendum.

Concludendum est igitur, vel hanc Pseudoelectionem Anni 1586. temerè, & de facto, fuisse à Garganicis intentatam, Censurisque consuetis, & alijs à Sypontinis impugnatam; vel potiùs nullatenùs peractam fuisse. Et cum D. Alonsus Marinus ante hanc Pseudoelectionē Vrbanus Vicar. in Garganica Terra præexistēs asseratur, facilè a Sypontina Metropoli in eodem Officio confirmatus occasionem præbuit illis Testibus, ipsius Administrationem Iurisdictioni a Garganico Capitulo habitæ tribuendi. Faciunt ad hoc verba Tertij Testis, ibi: *Ma non sò se l'elesse lo Capitolo Garganico.* Et Secundi, & Quarti Testis, ibi: *Era Archidiacono, e Vicario Garganico.* Eò magis, quia Sedes Mensem solum vacauerit. Cœterum, cum Garganicos Titulum nullum habere probauerimus, hæc Acta, quatenus vera essent, nihil important, aut probant, nisi Vsurpationis Intentionem.

NVME-

NVMERVS XIV.

Instrumentum stipulatum a Garganicis Anno 1364. super consuetudine prætensa, recipiendi S. Oleum, & Chrisma, a Metropolitana Sypontina, ad finem distribuendi cæteris Diœcesanis Terris, Montem S. Angeli circùmstantibus.

IN NOMINE Domini Nostri Iesu Christi. Amen. Anno Natiuitatis eiusdem 1364. *Regnante Sereniss. Domina nostra Ioanna Regina &c. Regnorum eius Anno* XXII. Mense Martij Die 21. *eiusdem Indictionis*, apud Montem S. Angeli. *Nos &c. Iudex &c. Notarius, & Testes &c. testamur, quòd prædicto Die collatis Nobis ad Archiepiscopale Palatium dictæ Ciuitatis ad præsentiam Reu. in Christo Patris* Domini D. Philippi, *Dei, & Apostolicæ Sedis gratia* Archiepiscopi Syponti- ni, *ac Venerab. & Sapientum virorum Archidiaconi, Archipresbyteri*, Primocerij, *& totius Capituli Ecclesiæ Garganicæ*, ad requisitionem, & præces ipsius Capituli *factas nobis per implorationem* Officij *publici &c. vbi dictus Archiepiscopus cum ipsis Archidiacono, Archipresbytero, Primocerio, & Capitulo. atque nobis, narrauit: Quòd, deuento per eum ad sui Præsulatus Sedem, & ad Ecclesiam Garganicam supradictam, sibi tanquam nouo in Sede Præsulatus ipsius, & tam ipsius* Sypontinæ *Sedis, quàm eiusdem Ecclesiæ Garganicæ dignitatis ignaro, per Capitulum ipsum præfitæ Ecclesiæ Garganicæ fuit expositum, quod Prædecessores eius dictæ Sedis Antistites consueuerunt ex more, & obseruantia dignitatis Ecclesiæ Garganicæ memoratæ, annis singulis in Die Iouis Cœna Dominicæ, in ipsius Sacri Diei diluculo apud eandem Ecclesiam Garganicam &c. Pontificali more Absolutionem fateri delictorum: & deinde* ad ipsam Sypontinam Ecclesiam immediatè pergens *ibi sacra Missarum solemnia consueuerant celebrare: & facta amba, dicta Die, Consecratione Chrismatis, & vtriusque Olei Sancti, ac etiam pro infirmis, illhinc ad dictam Ecclesiam Garganicam medietatem tàm præfati Chrismatis, quàm Olei vtriusque Sypontini per eos speciales nuncios fuerunt soliti destinare: & quòd ab ipsa Eccle-*

sia

sia Garganica Archipresbyteri, & Clerici reliquarum Ecclesiarum Terrarum omnium Montaneæ S. Angeli (quæ denominationem ab ipsius Ecclesiæ Garganicæ vocabulo habuerunt, velut la Matre Ecclesia præcipue) Sancti ipsorum Chrismatis, & Olei vtriusque consueuerunt recipere debitam portionem. Et dum per Capitulum, & Clericos Ecclesiæ Sypontinæ prædictæ contrà assertionem, & relationem ipsius Garganici Capituli penitùs, vt asseritur, diceretur; negantes ipsam consuetudinem de prædictis, & dignitatem ipsius Garganicæ Ecclesiæ, ab alijs Pontificibus dictæ Sypontinæ Sedis, qui fuerunt pro tempore, obseruatum fuisse; *præfatus D. Archiepiscopus ex dictorum assertione . . . . pro Anno nuper elapso primæ Indictionis, non potuit prouidere. Ex quo ad ipsam Garganicam Ecclesiam dd. Chrismatis, & vtriusque Olei medietatem prædicto* Die *Iouis Cœnæ Dominicæ dicti Anni destitit destinare. Nunc verò, vt idem Archiepiscopus coram nobis subiunxit, indagato per eum super præmissis, & habita informatione vera, quod per Prædecessores suos, & maximè per D. Marinum dictæ Sedis Antistitem suum immediatè Prædecessorem in Sede prædicta (qui de* Ciuitate Manfredoniæ *traxit originem, & eiusdem* Ecclesiæ Sypontinæ *Canonicus, & Archidiaconus fuerat, & prædicta melius nouisse poterat, quam alij Præsules dictæ* Sedis, *qui aliunde vocati ad Dignitatem prædictam fuerant electi) prædicta dignitas, & consuetudo ab antiquo fuerat obseruata: idcircò præfatus D. Archiepiscopus nolens, vt dixit, dignitati, & consuetudini dictæ Ecclesiæ Garganicæ quomodolibet derogare, sed ipsam seruare inuiolabilem, vt decet, & per vestigia suorum Prædecessorum dictæ* Sedis Pontificum *ambulare, ipso Die, coram nobis, in manibus præfati* Archidiaconi, *& Archipresbyteri recipientis pro parte ipsius Ecclesiæ, & totius Capituli Sypontini, phyalas tres vitreas (in quarum vna Chrismatis partem, & in alijs vtriusque Olei medietatem fecerat pont proprijs manibus assignauit; vt retenta per ipsam Garganicam Ecclesiam debita portione, ipsorum residuum inter alias ipsius Montaneæ Ecclesias, iuxta solitum, distribui faceret. Quas quidem phyalas dictus Archidiaconus ab eodem* Præsule *recipiens manibus, prò parte Ecclesiæ supradictæ obtulit se dare tunc pro*

parte

parte totius prædicti Capituli, in obseruantiā dignitatis d. Garganicæ Ecclesiæ, Archipresbyteris, & Clericis Ecclesiarum aliarum Terrarum Montaneæ S. Angeli. In cuius rei testimonium, & futuram rei memoriam, petentibus ipsis Archidiacono, *Archipresbytero, Primocerio, & Capitulo Garganicæ Ecclesiæ supradictæ, præsens publicum Instrumentum exinde factum est eis, manu mei Notarij supradicti, &c.*

SCHOLION AD PRÆCEDENS.

HOc Instrumentum est Sumptum Sumpti ex alio Sumpto: & ideò non in forma &c. Nihil aliud continet, vt vides, nisi singularem cuiusdam Archiepiscopi indulgentiam, super vana quadam a Garganicis prætensa Consuetudine: quòd facta Consecratione SS. Olei, & Chrismatis, Die Cœnæ Domini, in Metropoli Sypontina, pars eorum mitteretur Capitulo Garganico, distribuenda cœteris Diœcesanis Oppidis, eandem *Garganicam* Terram circumsistentibus. Quòd quatenùs effectuatum verè fuisset, nihil ad rem, & Cathedralitatis ius pertineret, dum & *Sypontinum* fatentur Archiepiscopum, & Ecclesiam; & SS. Oleorum Consecrationem in vnica Sypontina eadem Ecclesia: neque Garganicam Cathedralem dicere (prout nunc sæpè faciunt) præsumunt.

Est nihilominùs pura Garganicorum Enunciatio, quæ fauorabiliter non probat. Quæ etiam quàm sit inanis, & falsa, collige ex ipsorum testificatione de Sypontinorum Contradictione, ibi: *Et dum per Capitulum, & Clericos Ecclesiæ Sypontinæ prædictæ contra Assertionem, &c. penitùs diceretur: negantes ipsam Consuetudinem, &c.* & magis ex ipsa Praxi: cum singulis Annis, eodem Die Cœnæ Dominicæ, quæcunque Diœcesanæ Terræ Procuratores Clericos, vel Archipresbyteros sigillatim Manfredoniam mittant, ad SS. Oleorum partem à Metropolitana recipiendam.

Porrò de S. Chrismate, quòd in Sypontina tantùm sit Metropolitana Ecclesia consecrandum, adest Canon expressus, *Cap. Te referente de Celebrat. Missar.* ad instantiam Archiepiscopi Sypontini. vbi Glos. & DD. quæ extensa vides in Memor. *Sypontin. pag. 58. liter.* B. C. Extat etiam Decretum Alexandri III. confirmatum à quampluribus Pontificibus. ibidem *pag. 3. in princ. & pag. 7. in princ.* Quod est magnum Cathedralitatis vnicæ argumentum.

Tandem cum ex solemni Garganicorum Bulla Bonifacii IX. disertè, & indubitanter constet, vsque ad Annum 1401. (quo data est Bulla) Garganicos Diœcesanos, & subiectos fuisse Metropoli Sypontinæ, quid ex hoc Instrumento, Anno 1364. peracto, arguere intendant ignoro; nisi dicas hæreditarium Vsurpationis qualiscunque, & inuentionis experimentum. Bullam Bonifacij IX. habes suprà *in hoc Summar. Numer. III.*

NVMERVS XV.

Sententia Absolutoria, in Iudicio Criminali a Garganicis obtenta ab Illustriss. Audit. Cameræ, Mense Decembris 1644.

CHRISTI *Nomine &c. Per hanc* Diffinitiuam *Sententiam, &c. in causa, & causis, quæ coram Nobis in prima, seu alia veriori, versa fuerunt, & vertuntur instan. inter per Illustr. & Excell. D. Faustum Gallutium Reu. Cam. Ap. Procuratorem Fiscalem, & RR. Capitulum, Dignitates, & Canonicos Cathedralis Ecclesiæ Sypontinæ illi adhærentes, &c. ex vna, & RR. Capitulum, Dignitates, & Canonicos Cathedralis Ecclesiæ Garganicæ, ac R. D. Donatum Nardinum, Vicarium Capitularem Garganicum, per eosdem DD. Capitulum, Dignitates, & Canonicos Garganicos, tempore Sedis vacantis Ecclesiæ* Sypontinę, & Garganicæ, *per obitum bon. mem. Archiepiscopi de Molaria electum,* inquisitos, processatos; *primò coram D. Vicario Capitulari Sypontino, & deinde coram Nobis de* turbata Iurisdictione *in Electione dicti Vicarij Capitularis Sede prædicta Episcopali vacante de Anno* 1643. *seu &c. &* contemptu Censurarum, *rebusque alijs &c. Partibus ex altera: Dicimus, pronunciamus, & Diffinitiuè sententiamus, dd. Capitulum, & Dignitates, ac Canonicos Garganicos, ac Donatum Ant. Nardinum prædictum, nulliter, & indebitè Interdicto Ecclesiastico suppositos, & Excommunicatum respectiuè, declaratos, indebitèque quærelatos fuisse. Et propterea ab intentatis, vt supra, contra ipsos, fore, & esse absoluendos, & liberandos: prout absoluimus, & liberamus. Irregularitatem, & prætensum Contemptum Censurarum non incurrisse declaramus. Processumque, seu Processus, quærelas, ac fideiussiones fabricatos, porrectas, ac præstitas respectiuè, vnà cum omnibus inde sequutis cassamus, & abolemus, Fiscoque, & adhærentibus, perpetuum silentium imponimus: & à quoquam in posterum non molestari mandamus. Et ità dicimus &c.*

Ita pronunciaui Ego Valentinus Pellegrinus, Locumten. &c.

SCHO

SCHOLION AD PRÆCEDENTEM.

HÆc Sententia nullum ius tribuit Garganicis in Ciuili Iudicio, & Articulo, in quo sumus: cum ea lata fuerit in Criminali, à diuerso Iudice, & Tribunali: discussione principaliter acta super *Contemptu Censurarum*: & habito respectu ad assertam nullitatem Actorum; & Iuris deficientes solemnitates, solitasque præmonitiones non intimatas: quas acerrimè opponebant Garganici; vt in Consilijs pluribus Garganicorum Aduocati tunc temporis editis. Item lata fuit pendente, longè ante, & introducta Ciuili Causa Cathedralitatis, & prætensæ Exemptionis, in Sac. Congregatione: & Garganicorum Iurib[illegible]s, & Scripturis non recognitis, licèt protestante sæpiùs Sypontinorum Procuratore: Citatione insuper circunducta, & præcipitanter: & non expectata resolutione Articuli, & Causæ Ciuilis à Sacra Congreg. ad finem meliùs procedendi in Criminali: vt protestando etiam de nullitate &c. Sypontinorum Procurator instabat. Prout patet in Comparitione, & Protestatione præsentata coram Iudice Criminali A.C. Die 4. Iulij 1644. *in Actis Notar. Floridi.*: & authenticè exhibita Eminentiss. Domino Card. Franciotto.

Eam modò deducunt Garganici, quòd mixturam Iudicij, & Articuli Ciuilis, fortassè continere prætendant. In quo dico: Sententiam nunquam dici continere mixturam, nisi in ea sit expressa implicatio Causæ respicientis petitorium, vel diuersum Iudicium. Ea propter, etiamsi sententia necessariò præsupponeret canonizationem petitorij, tamen cum non explicitè, sed implicitè illam admitteret, non diceretur facere mixturam Iudicij. Ita Beltram. *in annot. ad decis. 232. Ludouis. num. 6.* vbi citat plures Decis. Rot. & DD.

Rursùs necesse est, quod mixtura sit in parte dispositiua Sententiæ: cum nulla habeatur ratio proœmij, & narratiuæ. *Rota decis. 381. p. 4. r. cent. Et latè Rot. apud Vinian. de iure patron. decis. 29. n. 16. & 17. Burat. decis. 139. nu. 4. & decis. 339. nu. 3. & decis. 843. n. 4. Et in recent. p. 1. decis. 260. n. 8. Et p. 7. decis. 263. nu. 16.* Et ideò si principaliter sit actum super possessorio, & incidenter fuerit deducta causa respiciens petitorium ad effectum possessorij, non dicetur Sententia continere mixturam: iuxta Consil. Decij 28. sæpius a Rota comprobatum. *Ita decit Rota, decis. 195. n. 5. inter impress. per Pacif. de Saluiano iuxta nouam impressionem. Honded. Consil. 86. n. 42. lib. 2. Idem Beltram. in d. Annot. ad decis. 232. Ludouis.*

Et tandem regulariter conclude, quòd verba Sententiæ nihil disponunt in eo, quod præsupponunt. *Sard. Decis. 195. n. 9. Rot. recent. decis. 55. n. 4. p. 1. Et coram Ludouis. 208. n. 2.* Adde quòd strictè interpretari debeant verba Sententiæ. *Aymon. cons. 74. n. 10. Seraph. decis. 35. n. 5. Penia, decis. 1276. n. 4. Burat. decis. 321. nu. 7. Et decis. 558. n. 4. Et decis. 783. n. 5. Et Rota in recent. p. 4. tom. 2. decis. 393. nu. 5. Et p. 7. decis. 265. num. 22.*

Cæterùm in ista Sententia, vt vides, in parte dispositiua præsertim, nihil exprimitur, quod Petitorium, vel Possessorium respiciat. Et rectè, cum sæpius, vt dixi in principio, Sypontinorum Procurator protestatus fuisset, Ciuilem Causam pendere in S. Congreg. iam ab anno 1643. introductam. *vt in dicta Protestatione porrecta in forma Emin. Franciotto.* Immò neque implicitè, & ex necessario antecedenti hæc Sententia Petitorium, vel Possessorium includit. Satis enim fuit Iudici, vt annuimus, assertam nullitatem Actorum in Censuris à Sypontinis publicatis supponere in hac Sententia Absolutoria. Et docent passim DD. leuissimas, & inullas quandoque causas ab incursu pœnarum excusare: in quibus fundari po[illegible] sententia: puta ignorantiam Facti, vel Iuris; vel vnicum Actum præce[illegible]tis, & toleratum in Causa electionis &c. Et notum est, plerasque

causas ob incursu Censurarum excusare, quæ tamen ad Manutentionem obtinendam non sufficerent.

Sed esto aliqualis ratio incidenter in hac Sententia præhabita fuerit, vel supponatur, de Possessorio in Iure Cathedralitatis, & Exemptionis; eo magis redditur iniusta: cum non iustificetur ex Actis, & Iuribus productis: & multò minùs ex noniter deductis à Sypontinis. Quando enim lata fuit hæc Sententia non habebant Sypontini innumeras Pontificum Literas, & alia iura: quæ ex Archiuio Vaticano, & aliundè, excerptas modò exhibuerunt Eminentiss. Card. Franciotto Ciuilis Causæ Commissario: cum Sypontinum Archiuium, vt notum est, omnesque scripturæ, Anno 1620. fuerit à Turcis igne consumptum.

Iniustitia ipsius Sententiæ, siue causæ Possessorij (si quæ præsupponitur) in ea: patet euidenter ex eo: quòd Exemptionem à Metropoli Sypontina, & impugnatos, & recentes possessionis actus, & attentata, iustificabant Garganici ex sæpè iactata Bulla Bonifacij IX. (*quæ est in hoc Summar. Numer. 3.*) in qua fundabant Exemptionis titulum: dicentes, *Possidentem in vim Tituli esse manutenendum, etiamsi non constaret de patientia Partis &c. immò etiam si Titulus esset iniustus, & inualidus, non tamen adhuc discussus.* Quam conclusionem sæpè repetit Garganicorum Aduocatus in suis Consilijs. Et tamen Criminalis Iudex neque expectare voluit resolutionem, & Decretum S. Congregationis, super hoc Ciuili Exemptionis Articulo (vt protestabatur Sypontinorum Procurator) neque de Reuocationis dictæ Bullæ Bonifacij IX. meminerat, nec rationem vllam habuit: ob id præcipuè, quia Sypontini de ea non docebant, vt patet in Consilio Egregij viri Io. Baptistæ de Luca, Garganicor. Aduocati, quod porrexit hoc anno 1655. Emin. Franciotto Causæ Commissario, ibi in fine. *Et licet Sypontini iactent adesse quandam Bullam Reuocatoriam dictæ erectionis factæ per Bonifacium: attamen de illa hucusque non docetur.* Et paulò post sequitur. *Et ad omne prius hoc respicientia alsiorem indaginem non possent præiudicare Possessioni, in qua Garganica Ecclesia reperitur, & ideo quà propterea est interim manutenenda; quia Possidenti in vim Priuilegij, quod præsenditur reuocatum, interim pendente discussione super prætensa Reuocatione datur manutentio.*

Cum igitur totum, & vnicum Garganicorum fundamentum sit Bulla prædicta Bonifacij IX. ex qua iustificant etiam hanc Sententiam pro coronide huius Libelli, & eorum, quæ diximus comprobatione, verba referam Rotæ *apud Buras. Decis. 452. Vrbinaten. Iurisdictionis.* 10 *Februar.* 1620.

„ Visum fuit DD. Constare de causis Restitutionis in integrum pro „ R. Archiepiscopo Vrbinaten. aduersus Sententiam Rotalem aliàs „ latam ad fauorem D. Abbatis Castri Durantis, ex capite Iniustitiæ, „ quæ sufficit, vt infra: & consistit in eo, quòd per dictam Sententiam „ declaratum fuit, Priuilegia Bonifacij IX. Ecclesiæ S. Christofori di„ cti Castri concessa, fuisse, & esse valida, obseruata, & obseruanda: „ per quæ concessa fuit Exemptio Monasterij dictæ Ecclesiæ ab omni „ Iurisdictione, & potestate, & lege Diœcesana Episcopi; illud subij„ ciendo immediatè Sedi Apostolicæ. Et nihilominùs dicta Priuile„ gia fuerunt reuocata primò per eundem Bonifacium [a], & posteà „ per Martin. V. in Concil. Constantien. *Sess. 43. tit. de Exempt.* [b] (quę „ reuocatio etiam extat impressa inter Cons. Gemin. *ante Cons. 55.* Et „ de ea meminit Card. Seraph. *decis.* 612. *n.* 4. Et latè in vna Ianuen. „ Iurisdictionis coram Illustriss. Bononien. *impressa in nouiss. par. 2. „ decis. 355. per tot. vt in summario D. Archiepiscopi, num. 2. & 3.*) tùm

a. Vide supra pag. 8. §. Vtcumque sit

b. Habes supra in hoc Summar. p. 9. quæ est Decis. 509. in tom. separato Ludouisij.

per

„ per alias Literas sub Data 7. Kal. Nouembris Pontif. sui Anno Se-
„ ptimo. Quarum Reuocationum nulla fuit habita ratio, licèt in
„ resolutionibus factis coram Cardinali Seraphino in hac causa fuerit
„ expressè reseruatum, de illis esse particulariter videndum: *vt in De-*
„ *cis.1336. in princ. & in fine. Et in alia* 1386. *in fin.* conclusum, vt
„ discuteretur Petitorium, Non obstat suspensio dictæ Reuocationis,
„ seu Reuocationum facta per dictum Martinum V. de qua latè habe-
„ tur in alia Decis. in hac causa *coram eodem Cardinali*, 1371. quia
„ ex dicta suspensione non fuit sublata Reuocatio: cum aliud sit suspen-
„ dere, aliud reuocare, extingui, & non esse: vt probat Tex. *in cap.1.*
„ *ibi. Reuocare, & suspendere valeant, & arctare. de verb.signific.in 6.*
„ *Bald. Angel. Imol. &c.*

Aduerte: vbi in fine dicitur de *Suspensione* Reuocationis factæ per Martinum V. ne credas de Generali Constitutione *Suspensiua* Reuocationum; quæ nulla extat: sed intelligit, & supponit Rota de Particulari Suspensione facta à Martino V. ad contemplationem cuiusdam Lucidi Cardinalis S.Mariæ in Cosmedin, qui erat Abbatiæ Castri Durantis Commendatarius. Vt patet in Decis. 1371. Seraphin. ad quam super hac Suspensione se refert Burattus, vt vides. Verba autem Seraph. ibi
„ hæc sunt. [Non obstat, quod dicitur hanc Suspensionem fuisse personalem
„ intuitu Cardinalis S.Mariæ in Cosmedin: & ideò eo mortuo expirasse. *l. Sed si*
„ *hoc §.fin. de cond. & demonst. Dec. cons.621. n.4. cum alijs*: quia verius est fuisse
„ contemplatum interesse, non solum Abbatis, sed etiam Monasterij: vt patet ex
„ illis verbis, *Cardinalis, & dilector. filior. Conuentus eiusdem Monasterii &c.*]

Et hæc satis: ad Gloriam Omnipotentis Dei, & S. Michaelis Archangeli Sypontinorum Patroni, & Veritatis amatoris.



INDEX.



Decreta

Sac. Congreg.nis Eporum, et Reg. contra Garganicam.

I.
Sententia contra Cathedralitatem Garganicam

In Causa uertente inter Capitulum Metropolitanæ Ecclesiæ S. Laurentij Sypontinæ Diecesis ex una, et Capitulum Ecclesiæ S. Michaelis Montis S. Angeli, seu Gargani ex altera, super nonnullis differentijs inter prædictas Ecclesias, ac earumdem iurisd.e, seu subiectione.

S. Congregatio S. R. E. Cardinalium super negotijs, et Consult.ni Episcoporum, et Regularium præposita; Auditis partibus, et re mature discussa, Referente Emin.mo Domino Cardinali Franciotto, censuit: non constare de Cathedralitate Ecclesiæ S. Michaelis Montis Sancti Angeli, seu Gargani; ac proinde non esse locum electioni Vicarij Capitularis a Capitulo Garganico, Sede Archiepali Sypontina uacante, quæ hodie vulgo Manfredonia dicitur. Romæ 6. Aprilis 1656.

M. Cardinalis Ginettus. Loco + Sigill.

C. Archiepiscopus Capuæ Secretarius.

2.
Confirmatio, & Executio, de Mandato Sanctissimi.

In Causa uertente inter Capitulum Metropolitanæ Ecclesiæ Sypontinæ ex una, et Capitulum Ecclesiæ S. Michaelis Montis S.ti Angeli seu Gargani ex altera, super uacatione, alijsque differentijs inter prædictas Ecclesias, ac earum iurisdictione, seu subiectione. S. Congregatio, Sanctissimo Dno Nro annuente, mandauit: pendente reuisione Causæ, seruari Decretum, ab eadem Sac. Cong.ne emanatum sub die 6. mensis Aprilis 1656. Scilicet: Non constare de Cathedralitate Ecclesiæ Sancti Michaelis Montis S.ti Angeli, seu Gargani; ac proinde non esse locum electioni Vicarij Capitularis a Capitulo Garganico, Sede Archiepiscopali Sypontina uacante, quæ vulgo Manfredonia dicitur. Romæ 9. nouembris 1657.

M. Card. Ginnettus. Loco + Sigilli. C. Epus Camerinen. Secret.s

---

3. — *Sup accessu ad obedientiam in Metropolitanam*

Emin.mi e Rm.i Sig.ri L'Università, e capitolo di Manfredonia humilmente espongono all'EE. VV. come ogn'anno nella festività di San Lorenzo Vescovo Sipontino sù li 7 di febraro tutti gl'Arcipreti Diocesani conuengono à primi Vesperi in Manfredonia alle solenni funtioni personaliter, uel legitimé impediti per Procuratorem; et uenendo proclamati di uno ad uno fanno atto di riuerenza, et obedienza all'Ord.o assistente nella Metropolitana. Et perche si dubita, che l'Arcip.te della Terra di Monte S. Angelo non ricusi di uenire alla detta funtione, et atto di soggettione [illegible]

Supplicano l'Eminenze loro ad ordinare a Mons. Arciuescouo, (et in sua assenza al Vicario Generale Sipontino) che debbano censure e pene astringere detto Arciprete à uenir a fare il predetto atto di obedienza nella conformità degl'altri Arcipreti, facendo osseruar il Decreto della Sacra Congregatione confirmato; [illegible], Deo annuente, à di [illegible] Nou. 1.6[illegible] [illegible] in Curia Sipontina; e dal detto Monsig. [illegible]
~~[illegible]~~

Decretum

Sacra Congregatio Emin.morum S. R. E. Cardinalium negotijs, et consultationibus Episcoporum, et Regularium praeposita, [illegible] Franciotto referente, Committendum censuit, prout presentium Decreti uigore committit Archiepiscopo Sypontino, uel eo absente, eius Vicario Generali Sypontino, ut uarijs expositis Archipresbyterum Loci Montis S. Angeli ad partem, uel eius legitimé impedito per Procuratorem Comparendum, et conueniendum generaliter S. Laurentij festiuitatis diebus et horis quibus alij Archipresbyteri Diocesani conueniunt in eius Ecclesiam Metropolitanam ad praestandum [illegible] et obedientiam eidem Ordinario Sypontino sub poenis sibi benevisis [illegible] arceat de iure, cogat, et compellat, in contrarium quibuscunque non obstantibus. Romae die 25. Januarij 1650.

M. Card. Ginettus   Loco + Sigilli   C. Epus Camer. Secret.

4\.
Sup eodem accessu [illegible]

Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotijs, et Consultationibus Episcoporum, et Regularium præposita, attentis narratis Emin.mo de Franciotto referente, Censuit Committendum, prout præsenti Decreto commisit Archiepiscopo Sypontino, vel eo absente, seu impedito, eius Vic: Generali, ut Ser: Ser: procedat ad executionem pena contra Archipresbiterum Loci Montis S. Angeli pro eius contraventione in non accedendo ad festum S. Laurentij, et obedientiam prestando, cum moderatione tamen [illegible] 25 Seminario Metropolitano (Lenconum, vel alijs pijs usibus applicand. arbitrio eiusdem Archiepiscopi: eundemque Cogat, et Compellat ad accedendum coram se ad Metropolitanam Sypontin., ibidemque declarari se in futuris festiuitatibus S. Laurentij more [illegible] Archipresbiterorum præmissis pariturum, iuxta decreta Sacræ Congregationis alias emanata, præsertim uero sub Dat. 9. Novembris 1653, et 28. Januarij 1654. quæ in prædictis, et in reliquis in eis contentis observari mandat, et præcipiat omnino, sub penis sibi benevisis. Ac insuper inquirat, et animaduertat contra quoscunque, qui [illegible], et iniurias intulerunt Cursoribus, et Ministris eadem Decreta [illegible]antibus; Inhibitionibus Monitorijs, Cæterisque Contrarijs quibuscunque in præmissis minime obstantibus. Romæ 12. Martij 1654. M. Card. Ginettus Loco ✠ Sigill. E. Epus Camerin. Secr.

5
Sup accessu ad oleum S.m et Synodos.

Sacra Congregatio Emin.morum S. R. E. Cardinalium negotijs et Consultationibus Episcoporum, et Regularium præposita, attentis narratis Emin.mo Franciotto referente, Committendum Censuit, prout præsenti Decreto commisit Archiepiscopo Sypontino, sive in eius defectum illius Vicario Generali, ut sub penis, et Censuris suo arbitrio infligendis, Cogat, et Compellat Capitulares Terræ Montis S. Angeli ad accedendum ad Metropolitanam Ecclesiam Sypontinam pro receptione Sacrorum Oleorum et ad celebrationem Synodorum cum habitu consueto Synodali: omni appellatione remota, ac inhibitionibus, Cæterisque Contrarijs non obstantibus quibuscunque. Romæ, 29. Martij 1654. M. Card. Ginettus Loco ✠ Sigill.

E. Epus Camerin. Secr.

---

6 Sup. falsitate Decreti off. S. Michaelis

Capitulum Sypontinae Metropolitanae S. Rituum Congreg.ni aperiri curauit falsam Decreti S. eiusdem Congregationis editionem in calce libelli officiorum propriorum Ecclesiae Garganicae, Trani Typis impressi anno 1649. in quo loco uerbi Collegiata, falso appositum legitur uerbum Cathedrali: S. Rituum Congreg. nedum falsam esse editionem Decreti praedictam, ut patet ex Regestro Decretorum Sacrae Congregationis, declarauit; uerum, ut praesens Decretum in Archiuio Episcopali registretur, ac de huiusmodi iussionis implemento ad Sacram Congregationem publicum documentum transmittatur et cuilibet Archiepiscopo iniungi mandauit, die 15. Septembris 1653. J. Episcopus Sabinensis Cardinalis Sacchettus. Loco + sigilli. Franciscus Maria Phebeus Sacrae Rituum Congregationis Secretarius. Gratis etiam quoad scripturam.

---

7 Sup. usurpatione Mitrarum

Capitulum Sypontinae Metropolitanae Eminentissimis Sacrae Rit. Congregationis Praepositis exponi curauit, a Dignitatibus et Canonicis Garganicis hactenus propria auctoritate Mitrarum usum assumptum fuisse: Sac. autem Congregatio, nisi Dignitates, et Canonici praedicti docuerint de priuilegio Apostolico (quod si adsint, aditatim Archiepiscopus ad eandem Congregationem transmittat) ut Archiepiscopus idem Ordinarius, usum praedictorum insignium, Dignitatibus, et Canonicis Garganicis etiam sub excommunicationis poena aliisque arbitrio prohibeat, iniungit. Die 15. Septembris 1653. J. Episcopus Sabinensis Cardinalis Sacchettus. Loco + sigilli. Franciscus Maria Phebeus Sacrae Rituum Congregationis Secretarius. Gratis etiam quoad scripturam.

VISIS, ac maturè perpensis iuribus Capituli Collegiatae Garganicae super usu Mitrarum ab Archiepiscopo Sypontino ad Sac. Rituum Congregationem de mandato transmissis, et ab Emin.mo Dño Cardinali Franciotto relatis; Sacra eadem Congregatio censuit: Bullam Bonifatij Noni, necnon Sententiam Archiepiscopi Antonij Manilli, Dignitatibus, et Can.cis Collegiatae praedictae nullatenus suffragari: Ideoque Mitrarum usum eis interdixit, ac sub poenis eiusdem Sacrae Congregationis arbitrio prohibet, Jura tamen, quae in contrarium deducta, ubi de nouo obuenerint Sac. Cong.ni exhibeant: at interim à praedictarum usu omninò sub ijsdem poenis abstineant. Decimatertia Decembris 1657. I. Episcopus Sabinen. Cardinalis Sacchettus. Adest sigillum. Franciscus Maria Phebeus Sac. Rit. Cong.nis Secretarius. Gratis etiam quoad Scripturam.

8. Sup. eadem Usurpatione Mitrar.

Mandatâ a Smo Dño in Signatura Gr̃e reuisione Causę sup. Cathedralitate, eidem S.ae Epor. Cong.i cũ Voto Rotę; Rota ipsa, post duas susceptas disputationes, alteram sup. Remissoria, alteram sup. negotio principali Cathedralitatis, Die 13. Januar. 1659. Rmo P. Dño Cerro Decano Ponente, a S. Cong.ne deputato, unanimiter applaudens Decretis S. Congreg.is decisit: Non constare de Cathedralitate Ecclesię S. Michaelis. Vt in Decisione et Voto, quę mox dabitur, et expectatur.

Diffinitivu decretu Sac. Cong.is Episcoporu et Regularium in Sipontina Cathedraticij. Romae 11 Febr. 1601. habetur in Chronologia Archiepiscoporum Sipontinoz Sarnelli pag: 408.

162
3
52